teſtari nō poſſit de qua materia inteſtati vel inteſta-
bilis vltra ſupradicta poſuit etiā aliquid Cy. in. l. ij.
in vltima queſt. C. qui teſta. facere poſſ. ⁊ Guliel. de
cunio in. l. vnica. C. quādo impera. iter pupi. ⁊ vidu.
⁊ bar. in con. cxlj. Incipiēte ſtatuto vrbis veteris ⁊c.
vbi dicit ꝓprie ꝙ ſtatutū predictū non habet locū in
pupillo niſi cōis vſus loquendi extaret incontrariū.
nam ſcdm cum ꝑualeret omni ꝓprie ſignificatiōi. l.
liberoꝝ. §. ꝙ tamē caſſius. ff. de leg. iij. l. cū delaniōis.
§. aſinā molēdinariā. ff. de fun. inſtr. l. labeo. ff. de ſup-
pell. lega. ¶ Scdo principaliter ꝑmitto ꝙ ſucceſſio
ab inteſtato dicit actus legitimus tex. eſt. in. l. iij. §. de
illo. ff. ꝓ ſocio vbi appellat legitima ſucceſſio ſeu he
reditas oīs obueniens ab inteſtato ⁊ plus dixit ibi
glo. in verbo inteſtato ꝙ etiā hereditas que defert
ex teſtamēto poteſt dici legitima ſucceſſio ꝓpter cō-
firmationē legis. l. verbis. ⁊ l. lege obuenire. ff. de
ver. ſig. ¶ Scdo ꝓ hoc facit tex. in. §. j. inſti. de he-
re ab inteſtato. vbi hereditas inteſtati ptinet ad ſuoſ
heredes ex. l. duodecim tabularū ſed nulli dubiū ꝙ
lex duodecim tabularū eſt ps iuris ciuilis. l. ij. §. j.
cū ſeq. ff. de origine iur. Ergo ſucceſſio inteſtati dici-
tur eſſe legitimus actus cū omnes illi dicant eſſe le-
gitimi actus qui ſunt inducti ab aliqua lege vel iure
ſcripto. l. legitima cū glo. ff. de pactis ⁊ notat glo. i. l.
actus legitimi. ff. de regulis iuris. Ad idē faciat tex.
in dicta. l. actus legitimi. vbi aditio hereditatis di-
citur actus legitimus. ¶ Preterea hoc idē probat
in. c. j. in verbo legitimꝰ heres. xviij. q. j. Et ideo di
cebat dy. in regula indultū de reg. iuris. li. vj. qđ iure
ciuili poſitiuo eſt introductū ꝙ portio bonoꝝ pater-
noꝝ debeat filio nō autē iure nature per tex. in. §. j.
in autē. de trien. ⁊ ſe. ⁊ in. §. j. in autē. de here. ⁊ falci.
⁊ in lege. l. duodecim tabulaꝝ. C. de legitimis here.
Eſt verū ꝙ legitima eſt debita iure nature id eſt ꝑ-
ſuadēte cōiunctione naturali ſed tamē debita eſt de
iure ciuili. l. ſcripto. ff. vnde lib. l. cum ratio. ff. de bo-
nis damna. iuncta. l. ꝓnunciatio. §. familie. in expoſi
tione ſua. ff. de ver. ſig. ¶ Itaqꝫ ſucceſſio ab inteſta-
to eſt actus legitimus id eſt iure ciuili inductus qđ
nota ꝓ ſtatutis excludētibus quē ab actu legitio vel
admittētibus qui ē ad actū legitimū de qua materia
vide dn̄s paulū de caſtro in con. cclxj. incipien. Nos
primo loco ꝙ quis ſuccedit. ⁊c. ¶ Tertio principali
ter premitto ꝙ ab inteſtato ⁊ etiā ex teſtamēto here
ditas delata poteſt adiri cōtinue infra. xxx. annos. l.
ſꝫ cū materia ſua. C. de iure deli. ⁊ l. q̄diu la pria. ff.
de acqui. here. ⁊ notat bar. in. l. vnica. ff. de cōdi. ex le
ge adeo ꝙ dicebat multū ſingulariter bal. ang. ⁊ pau
lus de caſtro. in. d. l. licet ꝙ ſi quis ſtetit ꝑ. xxx. ānos
quibus nō adiuit hereditatē ex capite liberoꝝ quan-



UNIVERSIDAD
D SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

do eſt de liberiſ. poterit poſtea etiã adire infra alios xxx. annos ex capite. vnde agnati ⁊ preferẽ omnibuſ alijs per. l. j. §. videndũ. ff. de ſucceſ. edicto. ⁊ idẽ reaſſumpſit pau. de caſtro. in dicta. l. q̃diu dicens hoc eſſe mirabile ⁊ ſe alias habuiſſe de facto ⁊ idem cõſulẽdo cõprobauit dñs meꝰ Alex. de imo. in con. lxxxix. in. ij. colũ. in. ij. volu. incipiẽ. An ſi filius hereditatẽ ⁊c. ⁊ in con. lxxxx. ibidẽ imediate ſequẽti incipiente q̃o publiciana ⁊c. quod perpetuo tenemẽti q: domi nus meus facit magnum feſtum de hoc.

¶ His breuiter premiſſis pro intelligentia dicendorum nunc agredior primũ articulum hunc quottidianum de ſucceſſionibus deſcendentium ab inteſtato ipſis aſcendentibus in quo vt ſupra vidiſti. auctor fecit quattuor gradus primo liberorum ligitimorũ ⁊ naturalium natorũ ex legitimo matrimonio. ¶ Secundo liberorũ naturalium tantũ. ¶ Tertio liberorũ legitimorũ tantum. ¶ Quarto liberorum naturaliũ q̃ poſtea legitimi fuerunt. Ex quibus quattuor gradibus duo alij ſi recte conſideras per auctorẽ. inſerti ⁊ contexti fuere vz ſpuriorũ natorũ ex coitu non tñ damnato ſeu reprobato. ab aliqua lege tẽporali nec non alium gradum ſpuriorũ natorum ex damnato coitu ⁊ reprobato. a lege temporali ⁊ ſic ſunt ſex gradus principales. Circa quos ſex gradus mature diligenter ⁊ recte auctor loquutus eſt. tñ in primo gradu adde tu vnum verbũ. Nã verũ eſt ꝙ hodie filij legitimi ⁊ naturales. ſuccedunt parentibus ab inteſtato. ſiue ſint maſculi ſiue femine ⁊ ſiue ſint in poteſtate ſiue emancipati vt in. §. j. ⁊ i. §. ſi quis igitur in autẽ. de heredita. ab iteſt. coll. viiij. ⁊ in autẽ. i ſucceſſiõe. C. de ſuis ⁊ legitimis traſiũcta. ex. d. §. ſi qs igiſ. tñ inter alia differunt emancipati a filijs in poteſtate. Nam emancipati ſuccedunt patri reſeruata dimidia vſufructus bonorũ auo ſuo viuenti. l. cũ oportet. §. cũ autẽ. C. de boniſq; libe. ſz filij i poteſtate ſuccedũt pr̃i reſeruato integro ⁊ totali vſufructu oiũ bonorũ auo ſuo. tex. eſt in. d. §. ſi quis igiſ. Ex quo infertur. quod in hoc melioris ſunt cõditiõis emãcipati q̃ exiſtentes in poteſtate. Et hec ẽ prima ꝯcluſio in hoc primo gradu. ¶ Scđa ẽ ꝯcluſio alia notabilis circa iſtũ eundem primũ gradũ quod licet filij in ptãte de iure ciuili eſſent ſui ⁊ neceſſarij vt in. §. ſui autẽ inſti. de here. quali. ⁊ diſ. ⁊ in. l. in ſuis. ff. de libe. ⁊ poſtu. ⁊ i. l. ex teſto. C. vñ liberi ⁊ i. l. i teſto. C. de ſuis ⁊ legitimis niſi pretor indulſiſſet eis beneficiũ abſtinẽdi vt i. §. Sed hijs pretor inſtit. d. here. quali. ⁊ diſ. Nihilominus predicta non habent locũ i filijs legitimatis. Nam ex quo paſſi ſunt ſe legitimari nõ poſſunt ſe abſtinere ſed omnino ſũt ſui ⁊ neceſſarij tex. eſt notandus in. §. ⁊ quoniã in auten. quibus. mõis naturales effi. ſui coll. vj. in ver. cum ſemel ⁊c. ⁊ hec eſt noua ſecũda concluſio quã facio in hoc p̃io gradu. ¶ Tertia concluſio in codẽ p̃io. gradu eſt ꝙ dicta in filijs vendicant ſibi locũ in nepotibus ⁊ i alijs deſcendentibus vlterioribus in gradu ſiue ſint maſculi ſiue femine tex. eſt in ſepius allegato. §. ſi quis igitur. tñ ſcias ꝙ ſi concurrunt cũ patruis ſuccedunt i ſtirpes ⁊ non in capita licet filij primi gradus admitterentur in capita. tex. eſt in. §. cũ filius iſti. de here. ab inteſt. ⁊ in. d. §. ſi quis igitur. Que omnia ꝓcedũt ſiue ſuccedant aſcendentibus maſculis ⁊ per lineam maſculinam ſiue feminis ſiue per lineam femininã d. §. ſi quis igitur ⁊. l. ſi mr̃e. C. de ſuis ⁊ legi. quem tex reputat Bal. ibi ſingularẽ i verbo ipſo iure dũ loquitur de hereditate mr̃is ⁊ hec eſt tertia concluſio quã facio in hoc primo gradu primi articuli principalis.

¶ Secundo principaliter cõdeſcendo ad ſecundũ gradũ primi articuli vz filiorũ naturalium tantũ natorum. ſ. ex ſoluto ⁊ ſoluta ⁊ retenta in dubitato affectu ⁊ in eadẽ domo concurrentibus alijs de q̃bus hic per auctorem ⁊ inter alia ꝙ non ſuperſint tempore mortis filij legitimi ⁊ naturales prout ſupra p cũ nã ſuccedũt patri ſecus ſi illi extãt. ¶ Cuiꝰ dictis addẽ ꝙ ſecus eſt ſi extarent legitimi tantũ puta adoptiui. nã tunc naturales tantũ nõ excludunt ab eis. Ita voluit ange. in. §. pen. in autẽ. qui. mo. na. effi. ſui. idẽ dico vbi non extãt legitimi ⁊ naturales. nã tales ſuccedunt cum eorũ matre in duabus vntijs. autẽ. lz ⁊ i corpore. vnde ſumiſ. C. de na. lib. ⁊ hec eſt p̃ia cõcluſio in hoc ſecũdo gradu quã primo limita multũ ſingulariter niſi eſſet cõcubina clerici etiã in minoribꝰ cõſtituti. nã hoc caſu non poſſunt eius filij ſuccedere nedũ in duabus vntijs. ſed nec in aliquo ſcđm bal. i. l. quiq;. ff. de in ius vocã. ¶ Scđo limita predictã cõcluſionẽ nõ habere locũ in filijs natis ex his q̃ ſũt ex ſancti frãciſci tertio ordine. ita voluit bal. vbi ſupra ꝓxime. ⁊ ratio eſt q: cõcubinatus in his eſt magis deteſtãdus q̃ in alijs mere laicis ⁊ ideo nõ ſuccedunt in aliquo. ¶ Tertio limita p̃dictã concluſionẽ nõ habere locũ ſi loq̃mur de iure canonico. quo iure ois coitus excepto matrimonio ꝓhibitus ẽ. c. i. ter opera. extra de ſponſa. ⁊ ita voluit gofre. i termiſ in. c. lator extra qui filij ſint legi. Aſt hoſtienſis ⁊. d. Anto. ibidẽ. ⁊ dominꝰ abbas modernꝰ i. c. tãta. c. co. ri. tenent contrariũ dicẽtes ꝙ ſiue loquamur de iure canonico ſiue ciuili naturalis tantũ ſuccedit ꝓut ſupradixi. ⁊ ita tenendũ puto in hoc paſſu q: licet coitꝰ iſte ſit magis deteſtatus apud ius canonicũ q̃ ciuile: tamen nõ ſequitur ꝙ filius naturalis ſuccedere non poſſit in illis duabus vntijs cũ ius ciuile nõ reperiatur expreſſe correctũ in hoc per ius canonicũ. c. i. ex de noui ope. nunci. cũ ſimilibus. ¶ Et hec procedũt in deſcẽdentibus naturalibus tantũ ſuccedẽtibus aſcendẽtibus maſculis ⁊ per lineã maſculinã. Sz aſcẽdentibus feminis abſq; dubio ſuccedũt pariter cum aliis filiis legitimis naturalibꝰ. l. ſi qua illuſtris. C. ad orfi. in fi. ⁊ in. §. nouiſſime inſti. e. ti. ⁊ hec ſufficiant quo ad hũc ſcđm gradũ primi articuli pricipalis.

¶ Tertio pricipaliter capio tertiũ gradũ huius primi articuli vz ſpuriorũ natorũ nõ tamẽ ex coitu reprobato ab aliqua lege tẽporali. vt ſunt vulgo queſiti q̃ abſq; dubio ſuccedere nõ poſſunt patri vel aliis aſcendẽtibus. vt in. l. ſi ſpurius. ff. vnde cognati. ⁊ i. l. hac pte. co. ti. tamen intellige hoc ꝓcedere ſi tractamus de ſuccedẽdo aſcendẽtibus per lineã maſculinã ſecus ſi aſcẽdentibus per lineam femininã. tex. eſt in dicto. §. nouiſſime iſti. ad orfi. ⁊ i. l. i. §. ſz ſi vulgo. ff. eo. titu. ⁊ in dicta. l. ſi qua illuſtris: vbi plus diciſ ꝙ etiã ſi mater ſit illuſtris ſuccedũt ei dũmodo alii liberi nõ extent. ⁊ voluit glo. i dicto. §. nouiſſime. Sz vbi nõ eſt illuſtris tales vulgo queſiti ſuccedũt ſiue extẽt alii legitimi ⁊ naturales ſiue nõ ſcđm ang. i. §. fi. in autẽ. qui. mo. na. effi. ſui. ¶ Secũdo limita niſi ſtatutũ admitteret talẽ filium ad ſucceſſionẽ etiã in bonis patris quia tunc bene ſuccedere poſſet ſcđm bal. in. l. i. C. de iure annu. aureo. ⁊ Jo. cal. in cõ. iiij. incipiẽ. an valeat ⁊c. ſub rubri. de conſtitu. ⁊. d. abbat. in. c. per venerabilẽ in. viii. q. extra qui filii ſint legi. ⁊ ita teneas licet pe. de anc. in regula poſſeſſor de regulis iuris lib. vi. tenuit contrarium ⁊ non bene.

¶ Quarto principaliter capio quartum gradum filiorum vz natorum ex coitu penitus reprobato ⁊ hij ꝓhibentur omnino a ſucceſſione aſcendentium tam maſculorũ q̃ feminarum. tex. eſt in. §. fi. in auten. qui mo. natu. effi. legi. coll. vj. ⁊ in. §. fi. in auten. qui. mo. natu. effi. ſui coll. vij. ⁊ in auten. ex complexu. C. de incep. nup. ⁊ in. d. c. lator. Plus dico ꝙ nedum. ꝓhibentur a ſucceſſione ſed etiã alimentari non poſſunt de iur. ciuili a parentibus tex. eſt i. d. auten. ex complexu ⁊ in auten. lz. C. de na. libe. tñ in hoc ſecuſ eſt. d. iur. cano. c. cũ haberet extra de eo qui duxit i ma. quã pol. per adul. Adeo qꝺ eo iure cano. poſſunt nedum in vita parẽtis preſtari alimẽta eis. ſed etiã poſſunt eis relinqui in teſtamẽto. ⁊ ſic poſt mortẽ parentis ſcđm bar. in. d. autẽ. ex cõplexu ex ratione. d. c. cũ haberet dũmodo relinquant cõueniẽtia alimẽta. attenta qualitate pſone ⁊ quãtitate alimentorũ. Secus ſi reliquereſ magnũ quid ꝓ alimẽtis. ¶ Tamẽ limita ſupradictã concluſionẽ nõ procedere in filijs natis ex coitu reprobato. quorũ mater credidiſſet coire cũ marito ſuo. qui vere nõ erat. nam tales poſſunt ſuccedere matri. ꝓ nota. in. c. cũ inhibitio. extra de clã. de ſpon. ¶ Secũdo limita niſi mulier fuiſſet violẽter cognita quia tunc poſſunt filij nati ex illo coitu quãtumcũq; reprobato ſuccedere matri ſcđm bal. in. l. cã quã. C. de fideico. vbi dicit de virgine cognita p viz a thirãno qui erat vxoratus. Nã talis filiuſ ſuccedit matri. ſcđm eũ ⁊ facit. l. vim. paſſã. ff. d adul. ⁊ l. fediſſimã. C. eo. ti. ¶ Quinto principaliter capio quintũ gradũ vz filiorũ legitimorũ tantũ vt ſunt arrogati et adoptiui. qui ſuccedũt aſcendẽtibus ſcđm ⁊ prout tradidit auctor qui diligẽter examinauit iſtum paſſum. ¶ Cuiꝰ dictis adde ⁊ ꝙ dicta per eũ in filijs habẽt locum etiã in nepotibus ⁊ alijs inferioribus niſi pater eos precedat. nã ſuccedunt etiã ipſi tex. eſt in. d. l. cũ in adoptiuis. §. cũ filio. C. de adop. ⁊ in. §. aliqua inſtitu. de here. ab inteſta. Tamen ſcias ꝙ multũ intereſt vtrũ quis adopteſ a ꝯiuncta pſona puta ab auo paterno vel materno. Nã talis filius adoptiuus ſuccedit adoptãti ⁊ etiã ei qui dedit eum in adoptionẽ ⁊ non ſolũ ab inteſtato ſed etiã contra teſtamentũ ſicut alij filij legitimi ⁊ naturales. d. l. cum in adoptiuis. §. cũ vero. C. de adop. vbi glo. idẽ cõprobauit ⁊ multũ ſingulariter limitauit hoc ꝓcedere ſi datus ẽ in adoptionẽ aſcendẽtibus. ſecus ſi collateralibus. ¶ Sed ſi quis adoptatur ab extraneo tũc bene ſuccedit adoptanti pariter cũ alijs filijs ſuis. ſed ab inteſtato tantũ ⁊ nõ contra eius teſtamentũ. ſed patri naturali ois ſuccedit cum alijs. tex. eſt in. §. ſed hec oia inſtitu. de heredi. ab inteſta. ⁊ hec procedũt circa filios adoptiuos. ¶ Sed filius arrogatus ſuccedit ab inteſtato patri arrogatori pariter cũ alijs eius filijs ſed ſi in teſtamẽto eſſet preteritus vel ſine cã exheredatus debet habere quartã eius quod habiturus fuiſſet ſuccedẽs ab inteſtato. l. ſi arrogator. ff. de adop. vbi dicitur ꝙ vltra hoc debet habere etiã omnia bona ſua que dediſſet patri arrogatori. ¶ Sexto et vltimo principaliter aſſumo ſextum gradũ vz filiorum naturaliũ tantũ ⁊ poſtea legitimatorũ. ⁊ in hoc auctor cõcluſit eos ſuccedere ab inteſtato. vt ſuos ſubdẽs ꝙ hoc membrũ tanq̃ valde prolixũ non proſequebaſ.

¶ Sed tu adde ꝙ ſi quis fuit legitimatꝰ ad petitionẽ ſeu inſtantiã patris vel ad petitionẽ ipſiꝰ filij patre tamen cõſentiente valet talis legitimatio ⁊ nõ requiritur in ea. Citatio agnatorũ ⁊ talis omis ſuccedit patri. tex. eſt in. §. hinc nobis in autẽ. de nup. ⁊ voluit pau. de ca. i con. cccxx. in. ij. col. incipi. dubitaſ primo an comes palatinus ⁊c. Idem dico ſi pater diſpoſuiſſet in teſtamẽto filiũ debere legitimari q: non requiritur etiã iſto caſu citatio alicuius in eius legitimati. tex. eſt in autẽ. Item ſi quis. C. de natu. libe. ⁊ hec prima cõcluſio clara eſt ⁊ fundata in iuribus predictis. ¶ Sed maius dubiũ eſt ſi princeps legitimaret aliquẽ inſcio patre quo caſu dicas ꝙ ſi princeps ſciuit ignorantia patris tamen eũ legitimauit ⁊ poſtea ante mortẽ pater ſciuit ſi moritur ab inteſtato ſuccedit iſte cum alijs filijs legitimis ⁊ naturalibus quia ex quo pater alios non inſtituit. videtur eis voluiſſe eũ etiam dimittere cum alijs. ita ſignanter voluit Jo. an. in addi. ſpecu. in titu. de ſucceſſio. ab inteſta. ⁊ pau. de caſt. i con. cxxiij. incipiẽ ſuper eo ꝙ primo loco queriſ ⁊c. ¶ Si vero princeps nõ ſciuit ignorãtiam paternã. ⁊ tunc legitimatio nõ valet in preiudicium aliorũ. tex. eſt in. §. ſi vero in autẽ. qui. mo. na. effi. legi. ⁊ voluit Jo. an. vbi ſupra ꝓxime. ¶ Quid autẽ ſi nõ extarẽt alij filij legitimi ⁊ naturales ⁊ princepſ legitimauit viuẽte patre. dic ꝙ valz legitimatio nec in ea requiriſ citatio agnatorũ ex quo pater tunc viuebat ſiue ſciret legitimationẽ ſiue nõ. ita voluit gaſpar de cal. i ſuo con. Incip. legitimatio ⁊c. ſub rubri. qui filij ſint legit. dũmodo conſtet principi an pater cõſenſerit poſtea vel non. ¶ Sed vbi poſt mortem patris fieret legitimatio non valeret in preiudicium agnatorũ quibus iã ius queſitũ eſt ab inteſtato niſi citarenſ in ea. l. pe. de nata. reſti. ⁊ voluit bar. in. l. gallus. §. quid ſi tantum. ff. de lib. ⁊ poſtu. vbi ſubdit ꝙ princeps poſſet tamẽ hoc facere ſi vult vt ſi appareret de certa ſcientia ipſius de qua materia. vide ois per. d. meum Alex. in ſuo con. xxxviij. in. ij. col. in primo volu. incip. in cauſa mota p angelũ. ⁊c. ⁊ in con. lxxxxiiii. in. vij. col. conſequẽti. in. i. volu. incip. ticius ſolutus ex ſoluta ⁊c. ⁊ in con. lxviij. in. vj. col. conſequẽti in p̃io volu. incip. conſideratis his que i tematẽ ⁊c. ⁊ in con. cxxviii. i p̃io volu. incip. an ſufficiat quẽ diu ſe geſſiſſe ⁊c. In quibus locis. d. meus late explicat iſtum paſſum ad quẽ in hoc me remitto ⁊ etiã ad pau. de caſt. in con. cxxv. incipit videndũ ẽ p̃io de ipſo. ⁊c. in vl. i. col. ⁊ pau. de caſt. i cõ. cxxvii. incip. ſuper primo dubio videtur dicendũ in. iij. col. in ver. ij. ⁊c. vbi poſuit etiam quãdo legitimaſ natus ex damnato ⁊ punibili coitu que clauſule requirantur. ⁊ in con. cxxviii. circa mediũ vbi ponit an tales poſſint legitimari vel non. ¶ Ex quibus omnibꝰ redditur expeditus iſte primus articulus principaliſ cum ſex gradibus eius circa ſucceſſionẽ deſcendentium aſcendẽtibus ab inteſtato decedentibus.

¶ Ludouicus bologninus. v. i. doctor.

## Matheus mathaſelanus

¶ Secũdus articulus principalis eſt. videre qualiter aſcẽdentes hodie ſuccedant deſcẽdentibus ⁊ hic ſimiliter capio quatuor mẽbra aut loquimur in aſcẽdentibus legitimis ⁊ naturalibus aut naturalibꝰ tantum aut legitimus tantũ aut naturalibus tantũ q̃ tamen poſtea facti ſunt legitimi parẽtes. ¶ Primo caſu dico ꝙ ſi non preſunt pſone defuncte aliqui liberi legitimi ⁊ naturales vel legitimi tantũ vt adoptiui: vel tantũ naturales qui ſint tales qui poſſint ab inteſtato inſolidũ ſuccedere excluſis aſcẽdẽtibus qꝺ q̃liter ſit patet ex ſupradictis in alio mẽbro: tunc vocantur parentes ꝓximi in gradu ad ſucceſſionẽ ab inte-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

ſtato vel ſint parētes qui habuerūt tales liberos ſic
defunctos in eoꝝ poteſtate vel nunꝗ̄ habuerunt vel
aliqñ hūerūt: ſꝫ aliquo mō exiuerāt patriā ptāt vt i
autē.ō hereditā.ab inte.§.i.ꝛ.§.nulla ꝛ ſic correctus
ē tex. in.l.penul.§.ſi vero paterna naturaſ.C.de ad/
op. vt dixi.ſ.in caſu eꝫ in principio huius tractatus.
Matheus mathaſelanus vtriuſqꝫ iuris interpres.

## Additio Domini Ludouici

bolognini de bononia clariſſimi interpretis iuris.
C Admittūtur ergo parentes legitimi ꝛ naturales
ad ſucceſſionē deſcendentiū ab inteſtato morentium
ſicut ecōtra per ea que ſuperius dicta fuere in primo
articulo ſcdm auctorē.d.matheū. Cu ius dictis adde
in hac prima cōcluſione ꝙ procedit niſi aſcendentes
luxurioſe viuerēt quia tunc priuanſ beneficio ſucce/
dendi deſcēdentibus hoc ꝓbatur arguendo a maio/
ri iuxta autenticā multo magis.C.de ſacro ſan.eccl.
ꝛ in.l.quāto magis.ff.de iure iur. ꝛ in.c.cū in functi.
C.extra de elect. Naꝫ ſi aſcēdētes ꝑ tranſitū ad ſecū/
da vota priuanſ ſucceſſione deſcēdentiuꝫ vt infra di
cam in loco ſuo.in hoc ſecūdo articulo pricipali quā
to magis debent priuari luxurioſe viuētes. Nec lu/
xuria habeat plus ꝗ̄ caſtitas.vt in.§.cum igitur i au
ten.de non alie.ſcdo nub.ꝛ in.§.vnum quidē in au/
ten.de reſti.ꝛ ea que parit.ꝛ i autē ijſdem penis.C.
de ſcdis nup. C Secūdo fallit predicta cōcluſio vbi
mater nō petijſſet tutorē dari filio pupillo infra annū
qui in pupillari etate mortuus fuiſſet. Nā eius ſuc/
ceſſione indigna eſt.l.ſciant.C.de legi. here.ꝛ in.§.
fi.inſti.ad tertu.ꝛ poſuit Bar.in.in.l.ij.§.ꝙ ſi forte
ff.ad tertu.vbi dixit plus ꝙ nedū priuatur heredita
te filij delata a lege.ſed etiā delata a ſtatuto vel etiā
ab homine puta ſi fuiſſet ſubſtituta per teſtatorem fi
lio. C Tertio limita predictā concluſionē niſi paren
tes aſſumpſiſſet tutelā filij ꝛ poſtea tranſiuiſſent ad
ſecūda vota nō petendo dari tutorē filio. Nā nō ſuc/
cedunt ei ab inteſtato.tex eſt in.§.ſin autē tutelaꝫ in
autē.de nup.coll.iiij.ꝛ ita per illū tex. determinauit
ibi ang. C Quarto limita qñ parētes tranſeūt ad ſe/
cunda vota.l.femine.§.illud.C.de ſecūdis nup.ꝛ in
fra latius dicā de hoc prout pollicitus ſum. Sed ꝑ
nunc ſcias vnū ꝙ hoc ꝓcediſſi loquimur i bonis ad
filium prouētis a patre ꝛ etiaꝫ in alijs lucris nuptia
libus que mulier lucraſſet ꝛ poſtea dediſſet ea filio.
Nā i his nō ſuccedit niſi i vſufructu ſꝫ i bonis ꝗuis
ipſi filij hīi ſuccedit ſiue trāſeat ad ſcda vota ſiue nō
tex.eſt in.d.§.cum igiſ in autē.de nō ali.ſecūdo nub.
ꝛ in.§.hinc nos in autē.de nup. C Quinto limita ꝑ/
dictam concluſionē non procedere quādo mater non
petijt dari curatorē ventri ſuo.tex.eſt in.l.ij §.ꝙ ſi ꝑ
gnans.ff.ad tertu.ꝛ voluit bal.in.l.matres.C.co.ti.
C Ludouicus bolognini.

## Matheus mathaſelanus

C Clarius tamen diſtinguēdo dico ſic aut ſupereſt
pater ꝛ mater defuncte perſone ꝛ ipſi ab iteſtato. eꝗ
liter ſuccedūt.vt in autē.de here.ab inteſta.in.§. con
ſequens. Si tamen filius vel filia qui deceſſit erat i
patria ptāte per eius mortē non extinguiſ vſufruct⁹
bonorū aduentitiorū qui erat penes patrem qꝛ mor/
te proprietarij nō extinguitur vſufructus ſed vſufru
ctuarij morte ſic vt inſti.de vſufruct.§.finitur ꝛ nota
tur.in.l.ij.C.de bonis mater. C Et hec procedūt in
acquiſitis ab extraneis in bonis autem que a patre

tantū vel ab aliquo aſcendente de linea paterna per/
uenerunt ad filium:ſolus pater ſuccedit excluſa ma/
tre ꝛ ecōuerſo ſola mater ſuccedit excluſo patre i bo
nis queſitis a matre vel ab alio aſcendēte per lineaꝫ
maternā.nam hic eſt penitus eadem ratio:que eſt in
caſu.l.quod ſcitis.C.de bonis qꝫ libe.ſcdm intellec/
tum bar. C Aut ſuperſunt parentes diſpares in gra/
du ꝛ clarum eſt ꝙ preferatur proximior..vnde mater
excludit auum paternuꝫ etiam quo ad bona queſita
a patre vel linea paterna.vt in dicto.§.conſequens ꝛ
in auten.defuncto.C.ad tertul.ꝛ ibi notaſ in glo.ij.
quā doctores ſequunſ ꝛ bene :licet Iaco.but.teneat
contrariū ꝛ non bene:Matheus de mathaſſelanis.

## Additio Domini Ludouici

C Circa hunc ſecundū pricipalē articulū de ſucceſſi
one aſcendentiū deſcendentibus ab inteſtato morien/
tibus prima cōcluſio eſt ꝙ ꝓximior excludit remo/
tiorem in gradu.vt mater auum paternū ſecundū.d.
matheū auctoreꝫ. C Aſt contra hoc mihi inſurgit ra
tio vrgens.cur tam varie.nam in ſucceſſionibus ip/
ſorum deſcendentiū ad deſcendētes proximior i gra
du nō excludit remotiorē vt ſi extat filius ꝛ ex alio
filio premortuo.nepos. Nam ſuccedunt pariter aſcē
dentibus ꝛ nepos intrat locum patris ſui predefun/
cti.vt in.§.cum filius inſti.de here.ab inteſt.vñ auuſ
paternus ſimiliter deberet intrare locum filij ſui pre
mortui.ꝛ ſic ſub intrādo ſuccedere pariter cū matre.
ꝛ eo maxime cum in correlatiuis ſtatutū in vno ven
dicat ſibi locum in alio.l.fi.ff.de accep.l.fi.C.de iu/
dic.vidu.toll. Ergo illud ꝙ dicimus in deſcendenti
bus deberet dici in aſcēdentibus. Et propter hoc Ia
co.but.in dicta autē.defuncto ad tertul.i terminis no
ſtris.ita dicebat pro quo facit etiā quia nepos etiam
viuente patre ſuo eſt in poteſtate aui : ꝛ auus habet
vſumfructū.ꝛ adminiſtrationē bonorū ſuorum. ꝛ ꝙ
plus eſt:olim acquirebat nepos omnia auo.l.placet.
ff.de acqui.here. C Nihilominus bal.in dicta autē.
defuncto tenuit contrariū volens ꝙ mater ōīo prefe
ratur auo paterno.ꝛ ratio eſt ſcdm eum quia heredi
tas aſcendentiū eſt magis debita deſcēdētibus ꝗ̄ ecō
tra. Sed tu in hoc paſſu dicas.ꝙ vera eſt ſententia.
glo.ꝛ aliorum in dicta autē.defuncto.ꝛ bal. ibidem
tamen eius ratio mihi non placet. Nam ſi bene deſ/
cendentibus debita eſt hereditas aſcendentiū tamen
plus iuris habent aſcendētes in bonis deſcendētium
ꝛ etiam in perſonis eorū. Nam auus paternus habꝫ
nepotem in ptāte ꝛ habet adminiſtrationē ꝛ vſum/
fructum in bonis eius.ꝛ ſic habet ius de preſenti ra
dicatum in illis bonis qui vſufructus non extingui
tur regulariter niſi per mortē vſufructuarij.vt in.§.
finif.inſti.de vſufruc. Qua ꝓpter cogitabā ꝙ com/
muni ſētētia alia ratio forte poteſt aſſignari qre aſcē
dens non intrat locum filij mortui.ſed nepos bene i
trat locum patris ſui premortui quia nepos recto or
dine aſſenſiue capit locū patris.ꝛ hoc ꝯuenit proprie
in gradibus:ſed pater peruerſo imo precipiti ordine
caperet locum filij qđ abſonum eſt ꝙ aqua retro flu
at. Et ideo vera eſt cōcluſio ꝙ mater ſola ſuccedit fi
lio excluſo auo paterno qui vlterior eſt in gradu nec
poteſt intrare locum filij ſui mortui per ſupradicta.
ꝛ ita in terminis noſtris voluit dñs meus Alex.de
imola in ſuo conſilio.cxiiij.in principio in ſcdo volu
mine incipiē. Ser Anto.ꝛc.vbi dixit ꝙ mater pre
fertur auo paterno per tex.in.d.autē.defuncto in ver

ſ.ſalua gradus prerogatiua ꝛc.vbi loquitur etiaꝫ in
terminis ſtrictioribus cuiuſdā ſtatuti excludētis ma
trem. Et ideꝫ voluit in conſi.lxxx.in prima col.i pri
mo volu.incipiē.viſo ꝛ oportune animaduerſo ꝛc.
vbi dicit idē de auia materna vt pferatur ei mater.
C De qua materia poſuit etiam pau.de caſt.in con.
ccclviij.incip. Primuꝫ eſt de intellectu dicti ſtatuti
ꝛc.in.ij.col.in ver.preterea etc.vbi in ſpecie dicit ꝙ
mater prefertur auo paterno.

## Matheus mathaſelanus

C Aut ſuperſunt parentes ſcdi vel tertij graduſ ꝗ
tamen inuicem ſunt equales in gradu. ꝛ tūc ſūt due
partes. Nam vnā habent parētes ex linea paterna ſi
ue ſint plures ſiue vnus.aliam habent parētes ex li/
nea materna ſiue ſit vn⁹ ſiue plures. vnde ſi quis ab
inteſtato.deceſſit ſupſtitibus duobus ꝓauis vel dua
bus proauis ex linea patris ꝛ ſola proauia materna
ea ſola habebit dimidiā.ꝛ alij proaui aliā dimidiaꝫ
vt.d.§.conſequēs.hoc tamē fallit in queſitis ex vna
linea quia tunc in illis bonis ſuccedūt tantū parenteſ
ex illa linea.vt eſt caſus ſingularis ſcdm bar.in.d.l.
ꝙ ſcitis de bonis qꝫ libe.ꝛ hoc tenet bar.in autē. ita
qꝫ.C.com de ſucceſſ.ꝛ fran.de rampo.in.d.l.ꝙ ſcitis
Matheus de mathaſelanis.

## Additio Domini Ludouici

C Hoc placet:ꝙ aſcendētes preferantur in bonis ꝓ
uentis a linea ſua alijs aſcendētibus.licet bal. in dic
ta.l.ꝙ ſcitis.ꝛ in dicta autē.defuncto teneat contra/
rium.l.ꝙ vndecūqꝫ bona peruenerit: debeant diuidi
inter aſcendētes preterquā in lucris nuptialibus : in
quibus ſcdm eum ſeruatur prerogatiua illa. ꝛ in eis
procedit diſpoſitio.d.l.ꝙ ſcitis. Et non bene ꝛ cōtra
bal.adduco. Nam inter trāſuerſales quibus non ſūt
ita debita bona noſtra ſicut aſcendētibus habet locū
prerogatiua illa. Nam fratres cōſanguinei in bonis
ꝓuenientibus a patre preferunſ fratribus. vterinis
ꝛ ecōtra fratres vterini preferunſ. Conſanguineis in
bonis prouenientibus a matre caſus eſt ſingularis i.l.
de emāci.patrone.§.exceptis.C. de legi.here.ꝛ vo/
luit glo.ꝛ magis cōmuniter ſcribētes in dicta auten.
itaqꝫ ꝛ voluit.d.matheus auctor infra in tertio arti/
culo principali dum tractat de ſucceſſione tranſuerſa
lium in ver.ꝛ hoc procedit quo ad bona extrinſecus
ꝗſita .ꝛc.vbi allegat illum tex.ꝙ ſingulari in.d.§.ex
ceptis. De quo dicā infra latius in predicto loco poſt
eum. Ludouicus bologninus.

## Matheus mathaſelanus

C Quomodo autē aſſumatur iſta linea dicam in ſe/
cunda pte ſequētis articuli in ver.ſcdo dubitari po/
teſt ꝛc. C Predicta omnia procedūt quādo defunc
to non ſupereſt aliquis frater vel ſoror vtrinqꝫ cōiun
cti.vel filius vel filia fratris vel ſororis vtrinqꝫ cō/
iuncti.vbi autem preſunt fratres vel ſorores vtriqꝫ
cōiuncti plures vel vnus:vel preſunt filij fratris vel
ſororis vtrinqꝫ cōiuncti.tunc ipſi faciunt alterari to/
taliter formā ſuccedēdi.nam tunc fit ſucceſſio in capi
ta ſecundū numerū perſonarū.ꝛ non inſtirpes niſi qñ
preſunt plures filij ex fratre vel ſorore vtrinqꝫ con/
iunctis.nam illi omnes reputanſ pro vno.vt in autē.
vt fratrū filij i prin.coll.ix.ꝛ ſic quo ad eos tantū fit
ſucceſſio in ſtirpes. C Sic ergo predicti tranſuerſa/
les admittunſ ad ſuccedendū ſimul cum patre ꝛ ma
tre. C Similiter etiam quando non preſunt pater et

mater admittunſ tranſuerſales ad ſuccedendū ſimul
cum auo ꝛ auia paternis vel maternis. Et ſimiliter
vbi ſoli proaui vel proauie preeſſent.vt.d.§.ꝯſequēſ
ſcdm.verum intellectū quem ibi ponit glo.in verbo
proximis que cōiter tenetur a doctoribus ibidem.
C Matheus de mathaſelanis doctor.

## Additio Domini Ludouici

C Dominus auctor multuꝫ in trepide iudicio meo
firmat hanc concluſioneꝫ ꝙ frater vel ſoror vtrinqꝫ
coniuncti ſuccedūt fratri ab inteſtato cum patre ꝛ ma
tre.vel auo vel auia paterna ꝛ auo vel auia mater/
na.vel cum proauis.per tex.in dicto.§.conſequēs ſe
cundū verum intellectū glo.in verbo proximis ꝛc.
C Sed tu aduerte in hoc paſſu multū arduo ꝛ diffi
cili. Nam primo ſpecu.in ti.de ſuc.ab inteſtato.§.ſe/
quitur verſi.i.formauit hanc queſtionē ꝛ non eſt au/
ſus eam decidere. Sed Iac.de beluiſo cō.bononeñ.
in.§.ſi vero in autē.de here.ab inteſtato decidit ꝛ de
directo ꝯ.glo.in dicto.§.cōſequēs volēs ꝙ licet fra/
ter vel ſoror vtrinqꝫ cōiuncti cōcurrant cum patre et
matre tamen excludūt auum ꝛ auiam ꝛ alios aſcen/
dentes ſuperiores per illū tex.ex quo ſumpta eſt au
ten. defuncto ad tertu. C Hoſtien.vero in ſūma de
ſucceſſ.ab inteſt.§.ſic vidiſti.ꝛc.ꝛ bal.in dicta auten.
defuncto tenent ꝙ imo admittātur omēs ſimul ꝛ ſic
cum glo.in dicto.§.conſequens. C Itaqꝫ iſte paſſus
non eſt ita apertus prout dicebat auctor. Quaprop/
ter operepreciū eſt attingere veritatem ꝛ medullam
huius notabilis queſtionis.in qua reperio glo.in.d.
autē defuncto.tenentē ꝙ fratres vel ſorores non ex/
cludunt auum vel auiā vel alios ſuperiores. Sed ſi
mul admittunſ in viriles portiōes ꝓ ꝗ̄ opiniōe pōde
ro.tex.ibidē in verbo cum aſcendentibus etiaꝫ gradu
proximis.nā illa dictio ēt implicat.l.j.ꝛ ibi bar.C.ēt
per procu.ꝛ bar.in.l.ſuus quoqꝫ.ff.de here.inſti. im
perator ergo admittēs fratres cum aſcēdētibus etiā
ꝓximis.multo magis ſentit aperte admitti poſſe cū
vlterioribus in gradu. Et iudicio meo recte pōderā
do tex.non erat dubium de admiſſione aſcendentiū.
nam ipſi ōīo ſuccedebant deſcēdentibus. ſed dubiuꝫ
erat de excluſione fratrum ꝛ ſororū quos videbātur
excludi per omnes aſcēdētes:quibus magis erat de
bita hereditas deſcendentiū ꝗ̄ collateralib⁹. C Se
cundo pondero tex. in.d.§.conſequens in verſi. aut
alij parentes iuncto ver. exceptis ſolis fratribus ꝛc.
arguendo prout modo dixi in proximo precedēti ar
gumento. C Tertio allego caſū in.§.ſi vero in ver.
cum proximis gradu aſcēdentibuſ vocabunſ.ꝛ ſi ma
ter vel pater ſit. ꝛc.vbi impator non dubitabat quin
aſcendentes admitti deberent ad bona deſcendentiū
Sed de excluſione collateraliū quos vocat etiaꝫ cū
patre ꝛ matre.quaſi dicat ſuccedunt etiam cum alijs
aſcēdentibus:ꝛ ſic ſucceſſio aſcendentiuꝫ firma erat.
Sed non eorum qui qñ de gratia admittunſ cuꝫ ꝓ/
ximis.vtꝫ patre ꝛ matre:ꝛ iſte eſt verus intellect⁹
dictorū iurium:in quibus fundatur hec concluſio ꝓ
qua facit etiaꝫ quod ſtatim dicam in duobus vel tri
bus articulis examinandis. C Plus dico ꝙ nedūꝫ
fratres ꝛ ſorores vtrinqꝫ coniuncti admittunſ cuꝫ aſ
cendentibus omnibus in bonis fratris premortui.
Sed etiam filij eorum admittunſ :cum aſcendenti/
bus ꝛ patruis fratribus defunctis.tex.eſt i.§.hoc ita
qꝫ in autē.vt fratruꝫ filij coll.ix.ex quo tex.infero ēt
ad firmandū concluſionē ꝓxime precedentem. nam
dubium erat de admiſſione iſtorum.non autē de ip/

VNiVERSiDAD
DSALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

ſis aſcendẽtibus. ¶ Ad idem facit tex. ibi in ver. fra
tres qui poſſunt cũ parentibus vocari. ⁊c. non autem
dicit ꝙ aſcendentes poſſint vocari cum fratribus. et
ſic eſt ibi optimus tex. pro opinione quã tenui in p̃
cedenti articulo. pro qua etiam facit ꝙ infra dicam ĩ
proxima additiõe ſequenti dum attingam. an frater
ex vno latere tantũ excludatur a parentibus in bonis
fratris premortui in additione incipi. hec concluſio.
⁊c. Ludouicus bologninus.

### Matheus mathaſelanus

¶ Fratres autem vel ſorores coniuncti ex vno late
re tantũ vt ex patre tantũ vel ex matre tantũ vel filij
eorum nullo modo vocantur ad ſucceſſionem ab in-
teſta. ſimul cum aliquo de aſcendentibus per lineam
paternam vel maternã. vt. d. §. conſequens. Mathe⁹
mathaſelanus.

### Additio Domini Ludouici

¶ Hec concluſio ꝙ frater ex vno latere tantũ cõiun
ctus excludatur a parentibus fratris premortui fun-
data eſt in dicto. §. conſequens quem. d. auctor alle-
gat. ¶ Sed tu dicas idem probari in. §. ſi vero co.
ti. in ver. ex vtriſq; parentibus coniuncti ⁊c. ⁊ in dic
ta autẽ. defuncto. C. ad tertul. tranſumpta ex dictis
iuribus. ⁊ idem voluit ibi bal. ⁊ ang. in autẽ. de nou
eligẽ. ij. nub. coll. i. Tamẽ in contrariũ facit caſus in.
l. ſi quis vel ſi qua. C. ad tertul. in prin. in ver. ſola co
gnationis iura habente. ⁊c. vbi dicitur ꝙ frater etiã
ex vno latere tantũ coniunctus admittitur cum matre
⁊ ſic cum aſcẽdẽtibus. ſed dicas ꝙ ille tex. hodie cor
rectus eſt per iura preallegata que requirunt vtrun-
q; vinculũ ad hoc vt fratres vel ſorores admittãtur
cum aſcendẽtibus. Et ex hoc etiam elitio aliud fun-
damentum p eo ꝙ dixi ſupra de fratre vtrinq; con-
iuncto non excludẽte aſcendentes vlteriores. Nam
difficultas fit magis circa fratres ⁊ eorum filios. in
quibus iura requirunt illas qualitates ad hoc vt ip-
ſi ſint habiles ad ſuccedendũ nedum ꝙ dicamus eos
excludere aliquos aſcendẽtes. Ludouic⁹ bolognin⁹

### Matheus mathaſelanus

¶ Secundũ hoc ergo occurrit mirabile nam ſi quis
mortuus eſt ſuperſtitibus duobus proauis ⁊ duab⁹
proauis ex linea patris ⁊ vna proauia tantũ ex linea
matris ⁊ vno fratre vtrinq; coniuncto propter perſo
nam iſtius fratris efficitur melior conditio proauo-
rum paternorũ. nam hereditas diuiditur in ſex ptes
prout ſex ſunt perſone. vt. d. §. conſequens. etiã tamen
ſi non ſuperſtitiſſet ille frater: ſola proauia materna
habuiſſet tantũ quantũ omnes illi quatuor ꝙ eſt no-
tandum nec mirũ quia hoc ſepe accidit ꝙ ex perſona
alterius habeo id quod ex perſona mea habere non
poſſum. ut. l. fi. C. ad tertu. ⁊. c. penul. de preben. i. vj.
⁊. l. ij. §. ſi ſunt agnati. ⁊ in. §. ſi ſit conſanguineus. ff.
ad tertu. Matheus mathaſelanus.

### Additio Domini Ludouici

¶ Pro hoc faciat quod dixit pet. de anc. in ſolenni
repeti. c. canonũ ſtatuta in ver. Item conſulo que ha
bes ⁊c. de conſti. vbi dixit ꝙ ſi ſtatuto cauetur ꝙ ſtã
te patruo. mater non ſuccedat filio. ⁊ contingat ex ſta
re patruum ⁊ matrem ⁊ ſororẽ de qua in ſtatuto nõ
erat facta mentio quod iſto caſu propter ſororem nõ
excluditur mater a patruo imo admittitur mater et
ſoror iuxta autẽticã defũcto. C. ad tertu. ⁊ dicit ita fu
iſſe conſultũ de facto per collegium paſinum. ¶ Ad
idem adduco quod voluit bal. in. l. illã in prima col.
C. d colla. vbi dixit ꝙ ſi ſtatuto cauetur quod ex ſtã
tibus agnatis defuncti mater non ſuccedat ſi contin-
gat extare agnatos ⁊ matrẽ ⁊ aliquos cognatos trãſ
uerſales puta nepotem ſororis tunc nõ repellitur ma-
ter propter exiſtentiã agnatorum: ⁊ idem comproba
uit bal. in. l. quicũq; in. iiij. col. C. de ſer. fugi. dũ po
nit de patruo ⁊ tante ⁊ excludẽte auũ paternũ ſi cõ
tingat ꝙ eſſet patruus ⁊ auus maternus ⁊ auia ma-
terna admittitur auus ⁊ auia excluſo patruo ⁊ ſic qſ
conſequitur beneficiũ ex pſona alterius quod ex ſua
habere non poterat. Ludouicus bologninus. v. l.

### Matheus mathaſelanus

¶ Predicta tamen vera niſi bona queſita ex vna li
nea tantũ vt paterna tantũ. Nam in illis ſuccederent
parentes paterni. ⁊ cum illis ſecundũ numerũ perſo
narum partirentur illa bona fratri vtriũq; cõiuncto. vt.
d. l. ꝙ ſcitis. nullam ergo particulã de his habebunt
parentes ex linea materna. ¶ Sed quid ſi non ſup-
eſt deſcendẽs ex linea paterna tunc puto ꝙ veniẽt aſ
cendẽtes ex linea materna ſimul cũ fratre. Mathe⁹.

### Additio Domini Ludouici

¶ Pro hoc facit ꝙ ſupra dixi dum poſt auctorẽ po
ſui de queſitis a patre vel matre uel eorum lineis.
ut parentes ex vna preferantur in illis bonis parenti
bus ex alia. vbi reprobaui bal. tenentẽ contrarium ⁊
diuerſimode intelligentẽ tex. in dicta. l. ꝙ ſcitis d bo
nis q; libe. ⁊ ad ibi dicta me remitto. Ludo. bolog.

### Matheus mathaſelanus

¶ Similiter infertur ex predictis quod ſi quis mor-
tuus eſt ſuperſtitibus quatuor filijs ⁊ fratre vtrinq;
cõiuncto ⁊ duobus proauis ⁊ duabus proauis ex li-
nea patris ⁊ vna pro auia tantũ ex linea matris fie-
rent ſex partes de tota hereditate ⁊ vnam habebunt
illi quatuor filij: aliam proauia materna ⁊ alie qua-
tuor diuident inter illos quatuor parentes equaliter
ex linea paterna Ray. de forli. in addi. ad lecturam.
Cy. in autẽ. defuncto. C. ad tertu. videtur ſentire opi
nionẽ contrariam. ſ. ꝙ debeant fieri de tota heredita
te tres partes tantũ. ⁊ vnã habebunt illi quatuor pa-
rentes per lineam paternã ⁊ aliam pro auia paterna
⁊ aliam frater vtrinq; cõiunctus vel filius eius: ſed
hec opinio mihi non placet per rationes ſupradictas
¶ Et nota ꝙ in omnibus iſtis caſibus in quib⁹ fra-
tres ⁊ ſorores ⁊ eorum filij ſuccedũt defuncto. ſimul
cum aſcẽdentibus nunq̃ partium tangentiũ eos acq-
ritur vſufruc. parẽtibus. In quorum ꝑſte conſtituũ-
tur. vt. d. §. cõſequens ⁊ ratio ſpecialitatis ibi ponitur i
tex. ¶ Item nota ꝙ priuilegiũ datũ filijs vel filia-
bus fratris uel ſororis utrinq; cõiuncti ut poſſunt ſi-
mul cum aſcẽdent ibus ⁊ cum fratribus uel ſororib⁹
defuncte perſone ab inteſtato ſuccedere nõ debet ex
tendi ad nepotes uel pro nepotes fratris uel ſororis
utrinq; ꝯiuncti premortui. ut eſt glo. in autẽ. poſt fra
tres. C. de legi. heredi. ⁊ bene. nam appellatione filij
non cõtinentur nepos maxime in materia exorbitanti
prout eſt iſta inſti. qui dari tuto. poſſ. §. fi. ⁊ inſti. ad
orfi. §. i. Matheus mathaſelanis.

### Additio Domini Ludouici

¶ Mirum profecto eſt ꝙ nepos uel pnepos ex fra
tre utrinq; cõiuncto non admittatur cum parentibus in
bonis fratris premortui cum filius fratris utrinq; cõ
iuncti admittatur per tex. in dicto. §. itaq; in autẽ. ut
fratrum filij colla. ix. ⁊ ſupra ſepe dictum fuit. Et cũ
etiam nepos cõſueuerit intrare locum patris ſui. ut i
§. cũ filius inſti. de here. ab inteſta. Sed lex noluit
ꝙ regula. d. §. cum filius procedat in caſu noſtro cũ
tractemus de bonis non aſcẽdentiũ ſed tranſuerſaliũ
conſiderata perſona nepotis ⁊ pro nepotis ex fratre
utrinq; cõiuncto. ¶ Et ex hoc etiam infero ꝙ frater
non excludit in bonis fratris. aſcendẽtes ulteriores
ultra patrem ⁊ matrem exiſtentes quorũ aſcendẽtiũ
ut uides ex hoc cauſa eſt melior q̃ fratrum ⁊ eorum
deſcendentiũ. Nam ſolũ fratres ⁊ eorum filij admit
tuntur cum aſcẽdentibus ſed nepotes uel pronepotes
ex fratribus nõ: ⁊ per conſequens lex plus fauet aſcẽ
dentibus cum hoc caſu uocet omẽs in infinitũ ſ; col-
laterales non niſi uſq; ad filios fratris incluſiue. et
hanc rationem adde ad ea que ſupra dixi in illo arti
culo. ſ. an frater utrinq; cõiunctus excludat aſcenden
tes vlteriores vltra patrem ⁊ matrem exiſtentes. nã
hec ratio ſatis facit ꝙ non. ¶ Omitto redeũdo ad
principale propoſitũ noſtrum de quo nunc agim⁹ de
nepote ⁊ pro nepote fratris vtrinq; cõiuncti qui ex-
cluditur an excludatur ex eo ꝙ in materia exorbitã
ti appellatione filij non comprehenditur nepos. vt i. d.
§. fi. qui. da. tu. poſſ. prout dixit. d. auctor hic. Nã hec
non eſt ꝓprie materia noſtra ſed ſi vnquã de ea vi-
dere contingeret recurre ad dñm meum Alex. in cõ
ſi. j. in. xij. col. conſequenti in primo volu. incipi. per
ſpectis verbis teſtamenti. ⁊c. vbi dixit idem quãdo
ſequeretur abſurdum ſi appellatione filij comprehẽ
deretur nepos. ⁊ ibi etiam ponit quid in diſpoſitiõe
legis ⁊ hominis. ⁊ Alex. in con. lxj. per totum. in. iij.
col. maxime incip. an ſi alicui conceſſa eſt. ⁊c. in prio
volu. ⁊ in con. lxxxx. in. j. col. in eodem primo volu.
incip. põderatis his de quibus in themate. ⁊c. ⁊ i cõ.
lxxx. in penul. col. in codẽ. i. volu. incip. viſo ⁊ opor
tune animaduerſo. ⁊c. ⁊ in con. cj. in. iij. col. in ſecun-
do volu. incip. quãdo in feudo cõceſſo ⁊c. In quibus
locis ponit quid in cõtractibus ⁊ quid in vltimis vo
lũtatibus ⁊ quid in reſcriptis. ⁊ ſimilib⁹ ⁊ more ſuo
luculẽter examinat hãc materiã ⁊ ad eũ me remitto
cum intrare hec eſſet extra meſſes noſtras.

### Matheus mathaſelanus

¶ Sed hic poſſet dubitari qđ ſi. preeſt pater ⁊ auus
⁊ auia ⁊ frater vtrinq; cõiunct⁹ ⁊ pater repudiat: an
tota eius pars accreſcat fratri an. vero cũ fratre voca
bitur auus. ⁊ auia credo. hoc vltimum eſſe verũ. qr
paria ſunt repudiare ⁊ mortuum eſſe vel nunq̃ fuiſſe
argu. l. i. C. qñ non peten. partes ⁊ inſti. d bono. poſſ.
in. §. i. ⁊ bene facit. l. ij. §. ii conſanguinea. ff. ad tertu.
ſimile no. Cy. C. cõia de ſucceſ. in aucten. itaq; ⁊ di-
xi ſupra in primo membro. ſimiliter etiã no. p doc. ⁊
max. p bar. in. l. quotiens. ff. de here. inſti. Matheus
mathaſelanus.

### Additio Domini Ludouici

¶ Pondera quia auctor videtur inclinare in ea opi
nione: ꝙ frater vtrinq; cõiunctus excludat aſcenden
tes vlteriores vltra patrem ⁊ matrem exiſtentes ⁊c.
dum dicit an cum fratre vocetur ſimul auus ⁊ auia.
⁊c. ſed pro certo cõuenientius erat dicere an frater vo
caretur ſimul cum auo ⁊ auia. put ſupra pbaui ⁊ ip
ſe met auctor in hoc rectius locutus ſenſit ſuperius i
§. quo autem aſſumatur iſta linea. ⁊c. in fine in ver. ſi
militer etiam quando non preſunt pater ⁊ mater ad-
mittuntur tranſuerſales ad ſuccedendũ ſimul cũ auo
⁊ auia. ⁊c. ⁊ in. §. ſimiliter in ver. item nota ꝙ priui-
legium. ⁊c. tamen teneas in hoc cum auctore ſalua.
recta ſemper locutiõe ⁊ iuris miſterio in hoc. ¶ Lu
douicus bologninus.

### Matheus mathaſelanus

¶ Et per eaſdem rationes. ſecũdo dico ꝙ ſi qs mor
tuus eſt ſuperſtite fratre vtrinq; cõiuncto: ⁊ duobus
proauis: ⁊ duabus proauis ex linea paterna. ⁊ vna p
auia ex linea materna: ⁊ repudiet ille frater: per hoc
valde efficietur melior conditio pro auie materne.
quia ipſa ſola habebit tantũ quantum illi quatuor ſe
cus ſi ille frater nunq̃ fuiſſet i medio. Mathe⁹ mat.

### Additio Domini Ludouici

¶ Aduerte quia. d. auctor in hoc fallitur. nã ſiue fue
rit frater ſuperſtes tẽpore mortis fratris: qui poſtea
repudiet: ſiue ipſe premortuus eſſet ante fratrem de
cuius bonis agimus pro auia vna ⁊ ſola ex linea ma
terna tantum conſequitur in bonis defuncti quantum
illi quatuor proaui ⁊ proauie per caſum in terminis
in. §. conſequens de here. ab inteſta. contra quem di
xit auctor inanimaduertẽter ⁊ etiã contra dicta p ſe
ipſum in terminis in hoc exemplo ꝓprie de duobus
proauis ⁊ duabus proauis ex linea patris ⁊ ſola pro
auia materna ſupra in. §. clarius tñ diſtinguẽdo ⁊c.
circa finem in verſi. vnde ſi quis ab inteſta. deceſſit.
⁊c. ⁊ idem voluit etiã in. §. ſecundũ hoc ergo vtimur
⁊c. in fi. ⁊ ita teneas cum ibi dictis per eũ quicquid
ipſe dixerit hic. ¶ Ludouicus bologninus. v. i.

### Matheus mathaſelanus

¶ Item omnia predicta procedũt quando parens il
le qui vult ab inteſtato ſuccedere non tranſiuit ad ſe
cundas nuptias ſiue ad aliud matrimoniũ poſt factũ
illud matrimoniũ: ex quo ſunt nati illi liberi defun-
cti de quorum ſucceſſione agitur: vbi autem trãſiuit
ad ſecundas nuptias occurrunt plures caſus diffici-
les. ¶ Et ideo p clariori doctrina ſic diſtinguo. aut
nos loquimur in patre: aut in matre: aut in alijs aſcẽ
dentibus maribus vel feminis. ¶ Primo caſu di-
co ꝙ aut mater habebat vnum ſolũ filium ⁊ illi ſuc-
cedit ab inteſtato pleno iure etiam quo ad ꝓprieta-
tem. etiam ſi ipſa viuente filio tranſiuerat ad ſecun-
das nuptias. vt. l. femine in fi. C. de ſecũdis nup. quã
uis quedam glo. paruula ſentiat contrariũ in autẽ. ex
teſtamẽto. C. de ſecũdis nup. ⁊ ibi bar. reprobat illã
glo. dicens ſe plures cõtrariũ cõſuluiſſe. ¶ Aut ma
ter habebat plures filios vel filias ex eodem matri
monio genitos: ⁊ tunc hodie ſecundũ ius nouiſſimũ
ſiue ipſa tranſiuit ad ſecundũ matrimoniũ ante mor
tem alicuius filiorũ ſiue poſt mortem vnius ipſa trã
ſiuit. poteſt filio morienti ab inteſtato ſuccedere ple
no iure quo ad omnia bona: que ad filiũ perueniſſet
aliunde q̃ ex ſubſtãtia paterna: illorum autẽ que ad
eum perueniſſent ex ſubſtantia paterna: ipſa ſolũ de
bet habere vſumfructũ. vt in autẽ. de nup. §. ſin autẽ
in teſtatus coll. iiij. Nam licet textus ibi dicat vſum
tamen large debet intelligi. vt exponatur vſum id ẽ
vſumfructũ. vt ibi i glo. pro qua ẽ tex. in. l. mater. C.
ad tertul. ¶ Matheus mathaſelanus.

### Additio Domini Ludouici

¶ Vera pro certo eſt hec concluſio ꝙ trãſiens ad ſe

cunda vota. ſuccedit filio ab inteſtato decedenti et hoc in bonis ipſius filij ſed in bonis a patre ꝓuenientis ſuccedit quo ad vſumfructum tantū de quo ſupra aliquid dixi in principio huiꝰ ſecūdi articuli principalis nihilominꝰ nūc primo adde quod in tex. meo habeo iſta verba vſum ⁊ vſumfructū ⁊c. Et limita predictam concluſionē niſi filius conſenſiſſet matri ī trāſeundo ad ſecūdas nuptias quia tunc ſuccederet etiā in proprietate in omnibꝰ bonis vndecūqꝫ ꝓuenientibus glo. eſt ſingu. in. §. hoc conſtitu. in autē. de non eligē. ij. nub. ī verbo copulaſ de qua glo. facit ibi maximū feſtū ang. reputans eam ad hoc ſingula. ¶ Secundo intellige ſanc predictam concluſionē: niſi omnes filij premorirenſ matri ſine deſcendentibꝰ: nam tunc ſuccederet eis in omnibus bonis vndecunqꝫ ꝓuenientibus etiā quo ad proprietatē tex. eſt in. §. hoc autem in autē. de nō eligē. ij. nub. per quem tex. Ita voluit ibi ang. ⁊ bal. in autē. ex teſtamēto. C. de ſecūdis nup. ⁊ idem voluit dominꝰ auctor infra in. §. itē dubitari poteſt ſi omnes filij nati ex primo matrimonio moriātur ⁊c. licet de predictis mentionē nō faciat. Cuiꝰ dictis adde etiam vnū in hac materia quod licet loquamur de ſecūdis nup. idem dicēdū eſt de tertijs ſeu quartis nuptijs ⁊ vlterioribꝰ per notata per glo. in rubri. C. de ſecūdis nup. in ver. omnes vlteriores dicunſ ⁊c. ¶ Ludouicus bologninus. v. l.

## Matheus mathaſelanus

¶ Ex hoc ergo occurrit mirabile ꝙ ſi mater vidua habens duas filias ex eodem matrimonio ſucceſſit vni ex illis defuncte ab inteſtato pro dimidia ſimul cum alia filia ſuperſtite: ⁊ poſtea tranſiuit ad ſecūdū matrimoniū ipſa per illum tranſitū priuabitur ipſo iure nuda proprietate medietatis hereditatis illius filie defuncte. ſi ipſa non habebat aliud in bonis q̄ illud quod ad ipſam peruenerat ex hereditate paterna. vt. d. §. ſi quis autē ineſtatus ad quod bene facit tex. in autē. de nuptijs in. §. ſi vero expectet ibi ⁊ proprietas ⁊c. Matheus mathaſelanus.

## Additio Domini Ludouici

¶ Hoc iudicio meo non eſt ita mirabile ⁊ maxime cum ſint iura aperta de hoc ⁊ patet etiam ex his que ſupra dixi in proxima precedenti additione vbi concluſimus ꝙ per tranſitum ad ſecūda vota mulier nō poteſt habere niſi vſumfruc. bonorum ꝓuenientiū a marito. Ludouicus bologninus.

## Matheus mathaſelanus

¶ Quid autem ſit de bonis que imediate ex ſubſtātia aui paterni peruenerūt ad iſtum filiū defunctum reſpōdeo ꝙ mater non priuabitur nuda proprietate illorū bonorum ⁊ ratio eſt quia ille §. ſin autem inteſtatus corrigit ius antiquū quod habetur in autē. de non Elig. ſecūdo nub. §. cuꝫ igitur reliquū. vnde appellatione ſubſtantie paterne nō debet comprehendi auita in materia correctoria que eſt odioſa. l. precipimus in fi. C. de appel. c. cum expediat de electiōe li. vj. ergo. ⁊c. ⁊ l. iuſta interpretiōe ⁊ l. libertorū cū materia ſua. ff. de ver. ſig. ⁊ inſti. qui da. tu. poſſ. in. §. fi. Matheus mathaſelanus.

## Additio Domini Ludouici

¶ Recte pro certo loquitur dominus auctor in hoc ō bonis aui vt nō ꝯprendanſ in hac materia: Cuiꝰ dictis adde vnū ꝙ tota vis ⁊ ratio odij cōſiſtit in ſubſtantia paterna. nam ea ꝓueniēs ad filium mediate vel immediate a patre premoriēte. iudicatur ſemper ſubſtātia paterna quo ad propoſitū de quo aginꝰ ſecundū bal. in. l. femine. C. de ſecūdis nup. ⁊ facit tex. in. l. generaliter in principio co. ti. iunctis notatis per auctorem inferius in. §. ſed nihilominus ⁊c. vbi conſiderat ſubſtantiā paternam ſiue mediate ſiue immediate. vt ibi per eum. itaqꝫ ſubſtātia aui paterni non eſt ea de qua agimus ergo. ⁊c. pro quo pondero tex. in dicto. §. ſin autem inteſtatus in ver. preter paternā ſucceſſionē ⁊c. vbi tex. nō ſolum in prin. ſed in medio cōſiderauit hanc tantū ſubſtantiā. ⁊ nota verbū ſucceſſionem quod magis reſtringit q̄ verbū ſubſtātia. naꝫ primū habet cauſaꝫ immediatā. Sed ſecundū poſſet habere ⁊ immediatā. Ludouicus bologninus.

## Matheus mathaſelanus

¶ Item dubitari poteſt ſi omnes filij nati ex primo matrimonio moriantur viuente matre ⁊ forte vltimus inſtituit extraneum ⁊ matri reliquit ſolum legitimā an proprietas nuda bonoꝝ mariti qua erat priuata ipſo iure illa mater per tranſitū ad ſecundū matrimoniū ante mortē filij qui vltimo deceſſit reuertatur ipſo iure ad ipſaꝫ matrē. Et videtur ꝙ ſic quia fauore filiorum ipſius primi matrimonij fuit priuata nuda. proprietate bonorum mariti per tranſituꝫ ad ſecundū matrimoniū. ergo ceſſante cauſa. i. morientibus omnibus filijs vel liberis ſuperſtite matre debꝫ ceſſare effectus ⁊ ꝙ hoc ſit fauore filiorū primi matrimonij tenet Inno. in. c. cum ſcōm extra de ſecūdis nup. ⁊ facit. l. femine in fine. C. de ſecundis nup. ⁊ l. mater. C. ad tertul. ⁊ optime. l. hac editali. §. his illō C. de ſecūdis nup. Matheus mathaſelanus.

## Additio Domini Ludouici

ſcripti. Nã ſi ſunt natalibus reſtituti parentes ſucce
dunt ⁊ omnes alij ac ſi forent per omnia legitimati
l.ij.C.de iur.ãnu.aureo⁊ cũ ibi not.ꝑ Bal.aĩs autẽ
ꝯſidera tenorẽ reſcripti ad quẽ recurrimus. ¶ Et qa
dixi de legiptimato.per oblationeȝ curie ſcias quod
tales nõ efficiunt̃ legitimi niſi filius patri ⁊ pater fi
lio.tex.eſt notandus in auctẽ.qui.mo.na.effi. ſui ⁊
ibi ſenſit ang.in fine principalis queſtiõis ⁊.pau. de
ca.i ſuo con.cccxv.incip.ſupra primo dubio videtur
dicendum ⁊c.in iij.col.⁊ dñus meuſ i con.cccxviij.
i pe.col.ip̃rimo vol.icip.an nepotis ſuccedat vbi dicit
hanc eſſe magis cõeȝ opinionem. ¶ Quid aũt in fi
lijs ſpiritualibus an parentes ſuccedant eis ⁊ ipſi pa
rentibus hoc eſt de leuatis ex ſacro fonte breuiter
dicas ꝙ non ſecundum .d. anto.in.c.trãſmiſſe extra
qui filij ſint legitimi. Nã inter iſtos non eſt conſan
guinitas ſed potius quedam comunio ſancta.c.inter
xxx..queſt.iij.verum eſt ꝙ tales filij ſunt alendi in
ſubſidium ſcðm Bal.in auctẽ.niſi rogati in penul.
col.C.ad trebel.que omnia notabis ⁊ ex hiſ ẽdditur
expeditus iſte ſcðdus articuluſ principalis cũ addi
tionibus ꝑ nunc oportunis ⁊ ſi tẽpus dabitur alias
lõgiores crimus quia materia ꝑfecto vtilis eſt ⁊ ne
ceſſaria Ludouicus bologninus.

## Matheus mathaſelanus

¶ Tertius articulus principalis eſt videre de ſucceſ
ſione tranſuerſalium agnato⁊ vel cognato⁊. ¶ Et i
hoc ſimiliter capio quattuor membra. Nam aut loq
mur intranſuerſalibus natis ex legitimo matrimo
nio ⁊ ſic ſunt legitimi ⁊ naturales aut loquimur in
tranſuerſalibus qui oẽs ſunt naturales tãtũ iter quoſ
de mutua ſucceſſione tractat̃ vel qñ vnus traſuerſal̃
naturalis ⁊ legitimus vult ſuccedere alteri trãſuer
ſali legitimo ⁊ econtra aut loquimur de legitĩs trãſ
uerſalibus tantuȝ aut loquimur de tranuerſalib⁹ na
turalibus tãtum legitimatis tñ poſtea Primo caſu
ſicut dico cũ perſona ab inteſtato defuncta erat ſine d
ſcendentibus ⁊ aſcendentibus vel habet eos ſed ipſi
repudiauerũt hẽditatẽ vl̃ ea ñ adita nec trãſmiſſa de
ceſſerũt vocari debent fratreſ vtriqȝ coniuncti ⁊ filij
vtriuſqȝ coniũcti ⁊ iſti vocãt̃ i ſtirpeſ q: ſoluȝ tantam
partem debent habere q̃tam habuiſſet pater coruȝ
ſi viuerent vt in auctent.d hereditatibus ab iteſtato
§.reliquuȝ .Mathe⁹ mataſelanus .

## Additio Domini Ludouici

¶ Hic eſt tertius articulus principalis de ſucceſſio
ne tranſuerſalium ⁊ primo de tranſuerſalibus natis
ex legitimo matrimonio:in quibuſ auctor concludit
ꝙ frẽs vtriqȝ ꝯiũcti ⁊ filij frũȝ vtriqȝ cõiũcto⁊ vocãt̃
ceſſãtib⁹ deſcẽdẽtib⁹ ⁊ aſcẽdẽtib⁹ ad hẽditatẽ i frĩs ꝓ
mortui in ſtirpes ⁊ nõ in capita vt ſi eſſent duo frẽs
ſuperſtites : et ex alio premortuo fratre quattuor
vel quinqȝ nepotes ſuccedentes vna cum patruis
ad bõa alteri⁹ ꝓmortui ab iteſtato nũc tãtũ hẽbũt q̃tũ
habiturus fuiſſet eorum pater ſi viueret vt eſt ca
ſus in.d.§.reliquum verſiculo ſin autem ⁊c.⁊ in au
tentica.poſt fratres.C.de ſuis ⁊ legitimis ⁊ vtro
biqȝ notant ſcribentes ⁊ i auctẽ.itaqȝ.C.cõunia de
ſucceſ.⁊ hec eſt prima concluſio circa fratres trãſuer
ſales ⁊ eorum filios ſimul cõcurrentes que non ha
bet dubium cũ ſit fundata i predictis iurib⁹. ¶ Sed
tu adde vnum ꝙ eſt plus ⁊ hic aduerte queſo nam
adeo poſt aſcendentes ⁊ deſcendenteſ admittuntur
fratres ⁊ frat⁊ premortuo⁊ filij in ſtirpes vt modo
dixi quod ſi extaret ſtatutũ diſponẽs ꝙ ſuccedant a
gnati maſculi ꝓut in gradu ſunt primiores vel con
currentes vſqȝ ad quartum gradum nihilominuſ ad
mittetur filius fratris cũ patruis ſuis ⁊ dicitur ꝯcur
rere in gradu quo ad hoc tex.eſt iuncta glo.i.l.cũ ita
§.in fideicommiſſo .in verbo proximo .ff. de leg.ij.
quam glo.magis comuniter approbant ſcribentes
ibidem maxime Johannes.de imola ⁊ idem voluit
Bal.in ſuo con.incip.in nomine domini caſus talis
eſt.Quidam deceſſit ⁊c. ¶ Accedat ad confirmatio
neȝ predicto⁊ doctrina Bar.in.l.prima.§. ſi filius
ff.de ꝯiun.cum emancipato liberis vbi dixit ꝙ iu
ra que dicunt ꝙ in materia ſucceſſionis hereditatis
nepos ſuccedit in locum patris debet intelligi ideſt i
gradu patris quo ad effectum ſuccedendi ergo filiuſ
fratris debet ſucceder̃ ſicut pater ſuus ¶ Preterea
pro hoc faciat quia extenſio paſſiua procedens ab ali
qua regula iuris comunis habet locum in ſtatutis.
l.prima.ff.de munc.⁊ hono.l.i.§.lex falcidia cũ ibi
not.ff.ad legẽ falci.⁊ not.Bar.i.l.ſi q̃ſ ſuo.C.d fur.
ꝑ no.ibi i.glo.iũcta.l.id tñ.§.i.ff.d ſuo corrupto. Sȝ
d iure cõi habet̃ ꝙ ſuccedẽs ſeu ſubrogat⁹ i locũ alte
rius ſapit eius naturam.l.ſi cũ.§.q iniuria⁊.ff.ſi qs
cautionibus ſed filij fratrũ ſuccedũt ⁊ ſubrogantur i
locum patris ſui.d.§.reliquũ.Ergo ſicut ſtatutũ ad
mittit co⁊ patrem ita cenſet admittere ſubrogatos ⁊
ſuccedentes in eius locũ ⁊ ita reperio i terminis con
ſuluiſſe dñm meuȝ in con.cccxviij.i.i.volu.icip.vt⁊
filius fratris ⁊c.ꝙ conſilium eſt repertum de verbo
ad verbũ in codẽ primo volu.i ordine ibi.lxxxvij.
incip.vt ſupra prox.vbi dñus meus proprie in caſu
dicti ſtatuti habuit conſulere ⁊ ita firmauit faciendo
magnũ feſtuȝ de glo.in.d..l.cũ ita.§.infideicom.ta
men limita predicta procedere qñ ſumus in diſpoſi
tione legis ſecus ſi in diſpoſitione hõis q: tũc nepos
non intrat locũ patris ſcðm Bal.i.d.§.i fideicõ.⁊ vo
luit dñs meus in con.ſupra allegatis ⁊ ipſemet cla ri
us i con.cci.i.iij.col.in.ij.vol.icip.qñ i feudo ⁊c.⁊ ꝑ
ꝑdicta his diebus obtinui i cã magne iportãtie i cãu
ſanc occurrenti ⁊ multũ acõmodato nunc ad hãc ma
teriam de qua tractamus in preſentia in hoc tertio
principali articulo trãſuerſaliũ. ¶ Statuto indite ci
uitatis bononie cauetur ſub rubrica de doti. reſti
tuẽn. ⁊c.i.§.item dicimus ꝙ mulier ꝓ qua dos eſt
data vel fuerit cõfeſſata dos vel eius augmentuȝ ex
tantibus liberis vel non a quocunqȝ vel vbicũqȝ da
ta vel confeſſata fuerit lucretur dictam doteȝ ⁊ eius
augmentum non obſtãte ꝙ alius qui dotem vel ei⁹
augmentum dederit vel ꝓmiſerit ſeu ꝯfeſſionem a
parte viri receperit illam ⁊ illud ſibi reddi fuerit
ſtipulatus ex eis teſtari poſſit ẽt nõ obſtante ꝙ talis
mulier ſit in poteſtate alterius ⁊ ẽt non obſtãte ꝙ ta
lis mulier liberos habeat ex quocunqȝ matrimonio
dum tamen ipſis liberis ⁊ ſeu aſcendentibus reſeru
etur legitima totius dotis ⁊ eius augmenti ⁊ alio⁊ũ
bono⁊ ſm formam iur̃.⁊ noſtro⁊ ſtatuto⁊ ⁊ marito
pars quam lucrari debet ſm formam p̃ntis ſtatuti.⁊
ſi deceſſerit dicta mulier nõ extantibus aſcendentib⁹
nec liberis fratribus vtriuſqȝ cõiunctis : vel ex patre
tãtũ tertiam dotis ⁊ eius augmenti ⁊ alio⁊ bonoruȝ
ipſius relinquere teneatur. Et fratribus nõ extantib⁹
tertiam vt.ſ.totius dotis ⁊ eius augmenti ⁊ alio⁊ũ
bono⁊ patruis vni vel pluribus ꝓ dimidia ⁊ filijs
maſculis dicto⁊ fratrum vni vel pluribus ſi extarẽt
ꝓ reliqua dimidia dicte tertie partis relinquere te
neatur inter eos vt ſupra in capita diuidenda. Et nõ
extante aliquo ex dictis patruis dictam tertiam dic
tis filijs fratrum ⁊ eõ non extãte aliquo ex dictis fi
lijs fratrum dictis patruis relinquere teneatur:quaȝ
tertiam petere poſſint ẽt ſi non ſit relicta ꝑ dictaȝ mu
lierem ⁊c. ¶ Stantibus ꝑdictis verbis ſtatuti. Con
tingit ꝙ ſoror non habẽs filios vel aſcendẽtes mor
tua eſt:⁊ prius teſtata eſt inſtituto ſolo quodam fra
tre ſuo herede in teſtamento.ſȝ de filio ex altero fra
tre ſuo iam ꝑmortuo nullam penitus fecerat mentio
nem niſi relinquendo ſibi libr.quinque ꝓ omni eo ⁊
toto qd̃ petere poſſet in bonis ſuis . ¶ Dubitatuȝ fu
it an iſte nepos ſororis tanq̃ ſuccedens in locum p̃riſ
ſui ꝑmortui poſſet agere ad partem debitam ex for
ma ſtatuti ꝑdicti p̃ri ſuo:ſi viueret vt patet in dicto
ver.⁊ ſi deceſſerit ⁊c. In quo paſſu multa hincinde di
cta ⁊ allegata fuerũt ꝑ vtraqȝ pte. Corã reuerẽdis au
ditorib⁹ ⁊ iudicib⁹ cõmiſſarijſ doctrĩa maxĩa eminẽ
tiſſimis ⁊ ꝓbatiſſimis q deo ⁊ iuſtitie cõſentiẽte ad
fauorẽ p̃tis noſtre iudicarunt tãdem. Et inter alia q̃
adducebã ad oſtendendũ ꝙ iſte nepos intrare debe
bat locũ patris ſui ⁊ per ꝯñs ſicut ſoror tenebatur re
relinquere tertiã partẽ fratri ſuo ita ⁊ filio fratris ꝓ
ponebã illõ conſ. dñi mei Alex.d quo ſupra feci mẽ
tionem. ¶ Sed vltra predicta cõſiderabã alia q̃ ad
ꝓpoſitũ de quo agimus nunc:ſunt multũ appropriata
Et primo quia ratio dicti ſtatuti fuit ratio agnatio
nis cõſeruande prout interminis huius ſtatuti alle
gauit ⁊ voluit dominus meus in con.xliij.in primo
volu.incip.qualiter mulier teneat̃ rliquere tertiã ⁊c.
in vltima col.ergo ius idem dici debet in filijs frũȝ
qd̃ in ipſo frẽ cũ in eiſ militet eadem ratio agnatiõiſ
conſeruande.l.illã.ff.ad.l.acqui.l.a ticio cum uul.ff.
de verbo.obli. ¶ Nec obſtat ꝙ ſtatutũ vocauit fili
os fratrum cũ patruis ⁊ per ꝯñs non videt̃ voluiſſe
vocare cũ fratrib⁹ ꝓut dicebat̃ ꝑ dños aduocatos ꝑ
tis aduerſe: quia ad hoc reſpõdebat̃ ꝑ me qd̃ ſtatutũ
põt intelligi de patruis nepotũ ⁊ ſic filio⁊ fratris pre
mortui ⁊ tunc habemus intentũ ꝙ filij fratris ſucce
dit cũ patruis ſuis vel ſi intelligim⁹ de patruis mu
lieris:adhuc non obſtat obiectũ q: non ſequitur ſta
tutuȝ vocauit filios fratrũ cuȝ patruis mulieris ergo
excluſit eos cum fratribus mulieris nec debet fieri
hec iterpetratõ ad ſtatutum cũ ſi fieret eſſet ꝯtra ius
cõe quo filius fratris intrat locũ patris vt ſupra ꝓba
tuȝ eſt Et ſtatutũ ſi non vocauit filios fratrum cũ fra
tribus habuit per cõſtãti tunc fratres omnes extare:
quo caſu nulli dubium ꝙ filij co⁊ eo cãu nõ poſſunt
admitti vt patet in verſ. fratribus non extãtibuſ ⁊c.
ibi immediate ſequenti. Sed ſi contingeret fratres
⁊ filios ex aliq̃b⁹ fratrib⁹ ꝑmortuis extar̃ non exclu
dit filios nec voluit excludere cũ excludendo eſſet d
directo ꝯ ius cõe.d.§.reliquũ:⁊ aũt poſt fratres.l.i.
⁊.l.ij.C.de ſuis ⁊ legitimis cũ ibi p̃ſe not.⁊ ꝓut ſu
pra firmaui ſcðȝ auctorẽ ⁊ cõeȝ theoricã ſtrib. ¶ Et
ſic ſtatutum veriſimiliter voluit admittere dictos
filios fratrũ cum patruis ſuis vel ſi volumus dicere
ꝙ non voluit admittere:ſaltem neceſſarium eſt dice
re ꝙ iſte eſt caſus obmiſſus a ſtatuto q remanet i di
ſpoſitione iuris cõis.l.comodiſſiẽ.ff.de libe.⁊ poſtu
l.ſi extraneus.ff.de ꝯdic..ob cãm.l.ſi cũ dotem i pri.
ff.ſolut mat.cũ ſi. ¶ Plus dico ꝙ licet ſtatutuȝ ex
cluderet eos tñ vbi ſunt patrui dicto⁊ filio⁊ debent
ſecũ ꝯcurrere Naȝ ſtante ſtatuto ꝙ exiſtente patruo
mater non ſuccedat ſi contingat extare patruũ ⁊ ma
trem ⁊ ſororem perſone defuncte de qua ſorore ſta
tutum non faciebat mentionẽ hoc cãu non excludit̃
mater per patruũ ꝑ not.ꝑ pet.de anc.in repe.c.cãnuȝ
ſtatuta de conſti.i. ver.item conſulo de quo.ſupra di
xi in alio ꝓpoſito.ideo nõ repeto nũc. ¶ Preterea
nõ obſtat aliud ꝙ adducebatur ꝓ parte aduerſa ar
guendo.a maiori Nam ſi ſoror poſſet relinquere di
ctam tertiã partẽ vni ex fratrib⁹ excluſis aliiſ q̃to ma
gis debet poſſe relinquere vni ex fratribus excluſis
filijs fratruȝ premortuo⁊. Quod aũt poſſit relinque
re vni fratri alijs excluſis ꝓbatur in.l.filius famili
as.§.cũ pater.ff.de legat.primo in ver.ſȝ vt in fami
lia relinqueret ⁊c. In quo tex.potiſſime ſe fundabãt
¶ Sȝ ad illum tex.rñdeo ꝙ loquit̃ in terminis val
de remotis a noſtris:nam aliud eſt dicere quid re
linquat̃ in familia ⁊ tunc poſſum relinquer̃ vni de fa
milia tãtũ ⁊ dico: ſatiſfeciſſe:⁊ aliud eſt ꝙ relinqua
tur familie nam non poſſet tunc relinqui vni de fami
lia ⁊ relinquendo vni non dicitur ſatiſfactuȝ.vt ꝓba
tur in.d.§.cum pater ſaltem a cõtrario ſenſu.⁊ hoc ꝓ
bat̃ in.d.l.cum ita.§.in fideicõ.de leg.ij.vbi qñ relin
quit̃ familie non põt vnus eligi tantũ.nã ex illis ver
bis oſtendit̃ collectio plurium perſonarum.vt in.l.fi
C.de verbo.ſigni.eſt enim verbum collectiuuȝ vt di
xit ibi Bar.⁊ Bar.in.l.ſcire debemus in prin.ff. de
verbo.obli.⁊ Bal.in.d.l.fi.⁊ Bal.in.l. iubemus.§
ſin aũt in fine.C.ad trebel. ¶ Ergo in ꝓpoſito nr̃o cũ
ſtatutũ diſponat ꝙ ſoror teneat̃ relinquere tertiã par
tem fratribus loquit̃ ꝑ nomen collectiuum nõ auteȝ
dixit ꝙ teneatur relinquere in fratres vel in fratrib⁹
ꝓut loquitur caſus in.d.§.cũ pater. Et ꝓ hoc eſt etiã
optimus tex.in dicta.l.fi.C.d verb.ſigni.in ver.hoc
eodem valente ⁊ ſi quis rem imobilem ⁊c. ¶ Pre
terea oſtendo ꝙ non poſſet ſoror relinquere dictam
tertiam partem vni ex fratribus. Nam ponamus ca
ſum in quo non extant fratres mulieris nec patrui.ſȝ
ſoluȝ extent duo vel tres filij ex duobus vel tribus
fratribus eius qui debent inter ſe diuidere tertiam i
capita:dicemus ne ꝙ ſufficiat vni co⁊ relinquere to
tam tertiam certe nõ vt ſtatim ſubtiliter ꝓbabo. naȝ
ſtatutum vocat filios fratrum in dimidia tertie par
tis qñ ꝯcurrunt cũ patruis mulieris ⁊ tñ melius fuiſ
ſet vt vni relinqui potuiſſet:⁊ tñ ſtatutũ hoc nõ volu
it.ergo qñ non ſunt patrui multo magis debent om
nes admitti nec põt relinqui vni:⁊ ſi lex vocat omẽs
ad minus multo magis ad plus vbi cõmodior ⁊ vti
lior ſit diuiſio. ¶ Accedat ꝓ ꝯfirmatione.naȝ ſtat cõ
munis theorica doctorum in locis.ĩ.ꝓxime allegã
dis qd̃ vbicunqȝ pater ſtipulatus eſt emphiteoſiȝ ab
eccleſia ꝓ ſe ⁊ filijſ ⁊ nepotibuſ ⁊c.nõ poteſt pater le
gare dictam rem ꝯductam ꝓut ſupra vni cum fuerit
ſtipulatus nomine collectiuo vȝ ꝓ filijs ⁊ nepotib⁹

VNiVERSiDAD
D SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

ita voluit Bar. in. l. vt iuriſiur. §. ſi liberi i p̄ria col. in fine. ff. de operis lib. ⁊ ſede. ꝺ ſenis i con. cccxvij. incip. factum eſt tale duo fratres ⁊c. ⁊ Bart. in con. lx. incip queſtio iſta habet duo dubia ⁊c. ⁊ Bal. in. c. p̄io i p̄in. in. v. col. i ver. quero nūquid pater ⁊c. in ti. de phi. feu. aliena. ꝑ fed. ⁊ Bal. Ang. ⁊ pau. de ca. in. l. apud Julianū. §. ſi quid alicui. ff. de leg. i. ⁊ Sali. cōbononienſiſ in. l. fi. C. ꝺ iur. emphi. ⁊ Ludo. ro. i l. vnica in. xij. q. C. qñ nō peten. partes ⁊ voluit dñs meus Alex. in con. lxxxvj. in iiij. vol. incip. viſo in ſtō ⁊ themate cōceſſionis in emphiteoſim factē ꝑ abbatē nōantulanū ⁊c. in penul. col. ⁊ in con. lxxxvij. in. i. col. in p̄in. incip. in cauſa Nicholai de cāpezio i. iiij. vol. vbi atteſtaſ hāc eſſe cōez ſententiā ⁊ in con. viij. in. vj. col. in. iij. vol. incip. viſis ſubtiliſſimiſ dubitationibus ⁊c. ⁊ pet. de anc. in con. cccvij. incip. thémate p̄ſuppoſito tria ſunt ⁊c. ¶ Si ergo in diſpoſitō ne cauſata ⁊ ꝓueniente ab ipſomet p̄re nō poteſt ipſe legare vni filioꝝ ex quo collectiue ꝓuidit eis multo minus debet poſſe ſoror relinquere vni ex fratribus iſtā tertiā ptem bonoꝝ ꝓuenientiū ad fratres nō ex diſpoſitione ipſius ſororis ſ; ſtatuti ⁊ ſic ab alio fonte q̄ a ſuo. ¶ Ulterius adducebaſ ad corroborañ iurīū partis aduerſe quia verbū relinquere referſ ad vltimā voluntatem. l. i. §. fi. ff. de tab. exhi. ⁊ not. i. l. iubemus. la ſecunda. §. fi. in fine. C. de ſacroſa. eccle. ⁊ voluit Bar. i. l. cū hij in prin. ff. de tranſ. ⁊ in. l. vnū ex familiā. §. ſi fundū. ff. de leg. ij. ergo ſequeretur qꝺ ſtatutū induceret neceſſitatē teſtādi certo modo et ſic auferret liberā teſtamēti factionez mulieri ꝯ. l. i. C. de ſacroſan. eccle. ¶ Sz ad hoc reſpondeo qꝫ non eſt inconueniens qꝺ ſtatutū tollat arbitriū teſtādi ꝑ tertia parte eius qꝫ quis lucraſ ex prouiſione eiuſdē met ſtatuti. Nam ſtatutum diſponit qꝺ mulier lucretur dotē ſibi datā vel promiſſaz a quocūqꝫ ⁊ augmētum eius non obſtante qꝺ alius q̄ dotem vel eiꝰ augmentū dederit ſtipulatꝰ fuerit ſibi redidi ⁊ ſic ꝯ ius cōe inducit qꝫ mulier lucri faciat illa bona vñ modo non eſt abſurdum qꝺ grauet eā in relinquendo tertiam ptem dictoꝝ bonoꝝ fratribus ſuis. iuxta. l. ab co. C. de fideicom. ⁊ in regu. qui ſentit ꝺ regu. iur. li. vj. ⁊ in. l. ſecūdum naturam. ff. eo. ti. ¶ Nec dicaſ mihi amice ſtatutum p̄dictū grauat mulierē et i alijs bonis ipſius vt in ver. tertia tocius dotis ⁊ eiꝰ augmēti ⁊ alioꝝ bonoꝝ ipſius relinq̄re teneaſ ⁊c. ergo grauat extra bona lucrata. Nam dico qꝺ hoc ñ ē abſonū cum ſit in arbitrio mulieris diſponere de bonis ipſius ꝓprijs ⁊ non lucrari dotem ⁊ eius augmentū et hoc caſu non tenebitur relinquere tertiaz partem bonoꝝ ſuoꝝ fratribus ſ; vbi mulier acceptauit dotem ⁊ augmētum ⁊ voluit ea lucrari conueniens eſt qꝺ relinquat tertiam partem oīuz q̄ ſi voluit antecedens dz velle ꝯſequēs neceſſarium ad illud. l. ad rem mobilē. l. ad legatū cū ſi. ff. de ꝓcur. Ex quibuſ oībus dicebaz tunc ⁊ nunc repeto in ꝓpoſito noſtro qꝺ dicti filij fratrum debebant ſuccedere i dicta tertia pte vna cum patruis ſuis non obſtante diſpoſitione ſororis i contrarium. ⁊ ita iudicatum fuit: tenementi quia hec ſunt de pane lucrando. Ludouicus bologninus. v. j. doctor excellētiſſimus.

## Matheus mathaſelanus

¶ Et ſi nullus frater vtrinqꝫ coniūctus ſupeſſet: adhuc vocantur ſoli filij fratrum vtrinqꝫ ꝯiūctoꝝ ⁊ excludunt fratres ex vno latere tāū ꝯiunctos ⁊ multo fortius filios fratruz ex vno latere ꝯiunctoꝝ vt eſt caſus in. d. §. reliquū in ver. item conſequens ⁊c. Matheus mathaſelanus. v. j.

## Additio Domini Ludouici

¶ Uera eſt hec deciſio dñi auctoris: ⁊ vltra tex. in. §. reliquū eſt tex. in auten. poſt fratres. C. ꝺ legi. he. ⁊ ratio eſt etiā quia nepos intrat locū patris ſui p̄mortui vt iam ſepius diximus vñ tū ex pſona paterna tū etiā ex propria excludit patruū ex vno latere tātū cū ſit munitus ipſe pluribꝰ vinculis q̄ patruus ſuus tñ in ꝯtrarium facit tex. vnus in. §. ſi vero neqꝫ fratres in auten. de here. ab inteſt. vbi in ſuccedendo ꝓximior in gradu p̄fertur. ergo patruus dz p̄ferri nepoti ſuo cum ille ſit in primo quo ad fratrem ſuum nepos vero in ꝺo gradu. Sed rñde qꝺ ille tex. intelligitur in alijs cognatis vlterioribus non autez in fratribus fratrūqꝫ filijs de quibus nos loquimur. ¶ Et in tantum frater ⁊ filius fratris qui ſunt vtrinqꝫ ꝯiuncti p̄feruntur in ſucceſſione fratris alteri fratri ex vno latere tātū ꝯiuncto vt dicto. §. reliquum cum ſi. qꝫ et in bonis ꝓuenientibus a patre vel a matre dicto fratri p̄mortuo p̄fertur ſm Dy. in ſuo tractatu de ſucce. ab inte. circa finem ⁊ Bal. in auten itaqꝫ. C. cōia de ſucceſ. ꝑ tex. in. l. de mancipatōe. C. ꝺ legi. here. ⁊ ita firmat ſcriben. in. d. auten. poſt fratres ⁊ glo. ⁊ doc. in. d. auten. itaqꝫ. Sed vbi non extarēt frēs vtrinqꝫ cōiuncti tunc bene fratres ꝯiuncti ex vno latere admittunſ pariter ad bona fratris p̄mortui ſed in boniſ a patre ꝓuentis frater ex latere patris p̄ferſ ⁊ in bonis a matre ꝓuentis p̄ferſ frater veterinus cāus eſt ſing. in. d. l. de emancipatōe. §. excep. ⁊ voluit ipſe auctor infra in. §. ⁊ hoc ꝓcedit quo ad bona extrinſecuſ queſita ⁊c. de quo ibi dicam poſt eū. ¶ Sed redeundo ad ꝓpoſitū dico qꝫ frater vtrinqꝫ ꝯiunctus vel filius eius regulariter p̄ferſ fratri ex vno latere tātuz vt in p̄allegatis iuribꝰ ex quo iſero qꝺ ſi extaret frater vtrinqꝫ ꝯiunctus ⁊ nepos ex vno latere tātum p̄fereref frater vtrinqꝫ ꝯiūctus dicto nepoti q non habet maiorez facultatem q̄ pater ſuus ex vno lateſ cōiūctus in cuius locū intrat ita ꝓbatur in. d. §. reliquū in ver. ex diuerſo ⁊c. ¶ Tamen intellige p̄dicta ꝓcedere in fratribus ⁊ filijs fratrū. Nam bene conſideramꝰ in eis vinculoꝝ duplicitatē ſed in alijs vlterioribus nō. glo. eſt in. d. auten poſt fratres. ſi recte ponderef tñ cōtrarium voluit Jaco. de beluiſo cōbononienſis in. §. ſi vero neqꝫ fratres in auten. de hereditā. ab inteſt. ⁊ hec eſt veritas quā nota Ludo. bol.

## Matheus mathaſelanus

¶ Sed hic dubium occurrit qꝺ ſi quis deceſſit ſupſtitibus duobus fratribus vtrinqꝫ ꝯiunctis. ⁊ vnus eorum repudiauit: an pars ſua acreſcat fratri ſuo an vero poterunt adire filij huius repudiātis ꝑ inde ac ſi ipſe fuiſſet p̄mortuus. reſpondeo ſecunda parſ eſt vera quia paria ſunt repudiare: ⁊ p̄mortuuz eſſe vt inſti. de bonoꝝ poſſeſ. §. pe. ⁊. l. i. C. qñ non peten. partes ⁊. l. ij. §. ſi conſanguinea. ff. ad tertul. ⁊ not. Cy. in auten. itaqꝫ. C. de cōia de ſucceſ. ⁊ iā his ſupra hāc regulam poſui. Matheus mataſelanus.

## Additio Domini Ludouici

¶ Hec deciſio vera eſt Nam iſti frēs non ſunt ꝯiūcti ea coniunctione vt inter eos habeat locuz ius acreſcēdi ꝺ quo in. l. re ꝯiūcti. ff. de leg. iij. ⁊ in. l. plane. §. ſi duobꝰ. ff. de lega. primo. ¶ Sed contra hoc poſſit inſtari. Nam nepos admittitur ad bona patrui cum alio patruo tāq̄ ſubrogatus in locum patris vt ſupra diximus ergo ſi ſubrogatus eſt debet ſapere eius naturā. l. ſi eū. §. q iniuriaꝝ. ff. ſi quis cautionibus ſed ſi pater repudiauit ergo nepos debet ſapere eius naturaz ⁊ ſic ex quo ille repudiauit ipſe dz ꝑ cōſequens haberi ꝓ repudiante ⁊ ſic non debet poſſe ſuccedere Sed dicas qꝺ ſubrogaſ quo ad ſuccedēdū nō aūt vt rep̄ſentet patrez in qualitate illa. Nam ſi pater eſſet mortuus admittiſ nepos qui non admittereſ ſi rep̄ſentaret patrē quo ad illā qualitatē mortis ⁊ ita tenes i hoc cū dño auctore nā ſuccedit in locū eius nō in perſonā eiꝰ cui perſone inheret qualitates ⁊ nō loco

## Matheus mathaſelanus

¶ Secundo dubitaſ an qñ vocantur ad ſucceſſione ab inteſtato ſolū filij fratrum vtrinqꝫ cōiunctoꝝ pſone defuncte ipſi vocenſ in ſtirpes an vero in capita: reſpondeo circa hunc paſſuz opiniones ſunt: nā Azo tenet qꝺ ſuccedant in capita ⁊ cū eo ꝯcordat Rofre. ⁊ Jaco butrig. in auten. ceſſante. C. de legi. here. ¶ Sed contrariā ptem. ſ. qꝺ ſuccedant in ſtirpes tenet acur. ſ. d. auten ceſſante ⁊ in. l. i. in fine. ff. ſi pa here. ⁊ ſic de facto cōſuluit ⁊ idez tenet Dy. Jacob. de are. ⁊ Cy. i. d. auten. ceſſante ⁊ Bar. in. l. poſt conſanguineos. §. primo. ff. de ſuis ⁊ legi. ⁊ Fran. de rāpo. in. d. auten. ceſſante ⁊ hec eſt cōis opinio ⁊ mihi placet Matheus mathaſelanus.

## Additio Domini Ludouici

¶ Queſtio hec quotidiana ꝑfecto eſt ⁊ quotidie verſatur in palatijs ⁊ hec fuit mihi p̄ia queſtō i qua cōſului p̄io poſt q̄ fui doctor ꝺ anno. Mºcccclxviij. in qua queſtione habui tūc cōſulere in partibus romandiole. Et in ea vt video doctores fuerunt contrarij. Nam Azo in. §. item iure nouiſſimo ver. item illud in ſumma de legi. here. lz auctor hic non allegetvbi voluit qꝺ iſti filij fratrū ſuccedant i capita ⁊ idez voluit etiā hoſtieñ. cuius magna eſt auctoritas in. §. viſo ver. ꝺo quid ſi fratrum ⁊c. in ſumma de ſucceſ. ab inteſt. ⁊ Bal. in. d. auten. ceſſante vbi dicit qꝺ hec opinio ſibi videtur magis amica lr̄e ⁊ nature lz aliaſ ꝓpter auctorē glo. conſulendo tenuerit ꝯrium ¶ Nihilominus glo. in. d. auten. ceſſante ⁊ glo. in. §. reliquū de hereditā. ab iteſt. ⁊ vbiqꝫ tenuit quod admittantur in ſtirpes ⁊ idem voluit Jaco. de beluiſo cōbononienſis meus ⁊ Ang. ibi ⁊ ibi videtur etiaz de hoc eſſe caſus in ver. ſi vero neqꝫ fratres non cauillādo ibi quando non ſuperſunt fratres nec filij fratruz alij agnati ⁊ cognati ſuccedunt in capita ⁊c. ergo alij ſuccedunt in ſtirpes Nam certum eſt de fratribus et idem de nepotibus ſuccedentibus cum patruis vt ſupra cōcluſum eſt ſecundum iura ⁊ cōes ſentētias ergo idem dicendum eſt quando ſuccedunt etiā ſoliꝰ filij fratrum vt admittāſ in ſtirpes ⁊ eo maxīe cū quilibet repreſentet perſonam patris ſui vt ſuperius ſepe dixi. Sed patres coꝝ ſuccedebat in ſtirpes ergo ⁊ ipſi eodem modo ſuccedere debēt vt in. c. cuz quis de re. iur. li. vj. ⁊ ita tenui vt. ꝯ. in illo primo meo cōſilio edito ⁊ idem etiā voluit auctor infra in ver. qñ aūt ⁊c. vbi atteſtaſ hanc eſſe cōem opinionem ꝓut et ſupra dixi in. §. ij. dubitaſ ⁊c. ⁊ idem atteſtatꝰ eſt etiā infra in. §. iiij. dubitari poteſt ⁊c. in fine vbi allegat tex. in. d. §. reliquū eſt veruz qꝫ Bal. in. d. auten. ceſſante reſpondet ad contraria que faciunt pro cōi opi. Sz iudicio meo nō bñ ꝓut videſ poteris iō ñ refero

## Matheus mathaſelanus

¶ Et vt eam declarem aſſummo caſuſ mihi dubioſ. vtrum aūt ſoli filij fratruz vtrinqꝫ ꝯiunctoꝝ ſuccedāt ab inteſtato excluſis fratribus ex vno latere tātuz cōiunctis ⁊ planum eſt eos in ſtirpē ſuccedere cuz ipſi ſoluz ſuccedant ex ſpeciali beneficio iuris nouiſſimi Nam cum ipſi ſint in tertio gradu excludunt fratrez qui eſt in ſecundo ⁊ hoc ideo quia finguntſ eſſe i ꝺo gradu ⁊ repreſentant perſonā patrū ſuoꝝ defunctoꝝ vnde ꝑ ꝯñs debent per ſtirpes ſuccedere vt eſt cāus in. d. §. reliquū. Et idez dico qñ tales filij fratrū vtriqꝫ ꝯiunctoꝝ ſuccedunt excluſis filijs fratruz ex vno latere tantū coniunctoꝝ vel excluſis patruis vel auūculis defuncte perſone: tunc enim adhuc dicunſ ipſi ſuccedere de iure ſpeciali ex priuilegio iuris nouiſſimi cum ipſi qui ſunt in tertio gradu excludat alios vt in auten. de heredita. ab inteſt. §. illud palam ⁊c.

## Additio Domini Ludouici

¶ De his omnibus ſupra latius dixi in prima additione mea huius tertij articuli principalis ideo non inſiſto ſuper his ⁊ hic dicta ꝑ auctorem tendunt ad fundanda cōez opi. ſupra relatā que hz qꝫ filij fratrū p̄mortuoꝝ ſuccedunt in ſtirpes. ⁊ nō in capita ꝓut ſupra firmaui in additione mea proxīe p̄cedenti ad quā in hoc me remitto Ludo.

## Matheus mathaſelanus

¶ Qñ aūt ſuccedunt ſibi filij fratrum nec ſuper ē aliquis de ſecundo gradu vel tertio quē ipſi poſſint excludere ⁊ tunc maius eſt dubium. Sed tñ adhuc teneo cōem opi. qꝫ. ſ. ſuccedunt in ſtirpeſ per rationē generalez quā ponit tex. in. d. §. reliquū ver. huiuſmōi ⁊ ibi vt in ſuoꝝ parentū locū ſuccedunt ⁊c. ⁊ per. §. ſi vero neqꝫ fratres a contrario ſenſu q tex. videſ multum declarare mētem. §. p̄cedentis item qꝫ hoc facit qꝫ ſupra dixi in ver. quero dubitari poteſt ⁊c.

## Additio Domini Ludouici

¶ Iſte eſt ille verſus ꝺ quo ſupra tibi feci mentiōz in ſecunda additione proxīe p̄cedenti in eo articulo an filij fratrum ſuccedant in ſtirpes omnibus eoꝝ patruis an vero in capita ⁊ dixi qꝫ in ſtirpes dicens qꝫ auctor hic atteſtebaſ hāc eſſe comunē opi. ꝓut videſ nec hic opus eſt alia additione cuz ſupra de hoc late dixeriz in loco ſuo ne idem repetaz ⁊ fruſtra occupemus membranas

## Matheus mathaſelanus

¶ Ubicunqꝫ aūt in hac materia dico de fratribus ⁊ patruis ⁊ auūculis idem intelligo de ſororibus amitis ⁊ materteris cum hodie ſit ſublata omnis differentia ſexus Matheus mathaſelanus.

## Additio Domini Ludouici

¶ Licet auctor non dicat vbi ꝓbaſ ſublatā eſſe omnē differentiam ſexus dic qꝫ in. §. nullaz in auten. de here. ab inteſt. ⁊ in auten. defuncto in fi. C. ad tertul. Et intellige qꝫ fratres patrui ⁊ auūculi pariſicantur cum ſororibus amitis ⁊ materteris. ſ. ſingula ſingulis referendo. Nam fratres cum ſororibus patrui cum amitis auunculi cum materteris prout infra et magis in ſpetie dicemus. Ludo. bolo.

¶ Matheus mathaſelanꝰ.

¶ Item predicta omnia habēt locum ſiue tales fra

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

tres vel filij fratrum fuerit in patris poteſtate conſti tuti ſiue exiuerint prias poteſtatem per emancipatio nem adoptionē arogatorez vel alium modū vt in au ten.de hereditа.ab iteſt.in.§.nullā vero Mat.mata.

### Additio Domini Ludouici

¶ Non habet dubiuz concluſio precedens quia ca/ ſus eſt in.d.§.nullā vero.tñ nota vnū dñ auctor dicit qđ quis exit patriā poteſtatez per adoptionē. Nam i tellige hoc ſane qñ daſ in adoptionez aſcendenti ſe cus ſi extraneo vt.l.pe.§.ſi uero pater.naturalis.C.đ adopti.ꝛ ſupra latius dixi in primo ꝛ in ſecundo arti culo principali dum poſui de gradu filiorum legiti/ morum tantum.Ludouicus bologninus.

### Matheus mathaſelanus

¶ Secundo caſu poſt fratres vtrinqz coniunctos ꝛ taliuz fratrum filios vocantur ad ſucceſſionē fratres coniuncti ex vno latere tātū vt ex patre tātuz. vel ex matre tantum:ꝛ ſimul cū eis vocantur filij fratruz ꝑ mortuorum ex vno latere coniunctorum iſti tñ filij fratrū vocantur in ſtirpeſ ſolum quia ſolū tantā ptem debēt habere omnes q̄tam habuiſſet pr̄ eorum ſi viueret i.d. §.reliquum Matheus mathaſelanus.

### Additio Domini Ludouici

¶ Vera eſt concluſio domini auctoris ꝛ nō hz dubi uz pro quo facit qđ ſupra diximus in filijs fratrū vtri qz coniunctorum. Nam ſuccedunt in ſtirpez vt ſupra di ximus in principio huius tertij articuli principalis ideo non repeto nunc.Ludouicus bolognínus.

### Matheus mathaſelanus

¶ hoc ꝓcedit quo ad bona extrinſecus queſita.ſ.ali unde q̄ a patre vel a matre in bonis autem queſitiſ ex matre ꝓfertur frater vterinus tantum fratri ꝯſan/ guineo tātū vt eſt caſus ſingularis in.l.de emancipa tione.§.exceptis.C.de legi.here.ꝛ idem dico ecõ q in bonis a patre queſitis ꝓfertur frater conſanguine⁹ tātum fratri vterino tātum ꝛ hoc tenet glo.ꝛ doc.cõi ter in auten.itaqz.C.cõia de ſucceſ.ꝛ bene nam lz hoc non ſit iure cautū expreſſe.tñ eſt eadem ratio que eſt in caſu .d.§.exceptis.vnde ꝛ ille.§.non corrigit iura antiqua .ſed illa limitat ꝛ ſuper magna equitate fun datus debet.ex idēptitate ratōis extendi.l.nō poſſunt ff.de legibuſ ꝛ notat Bar.in.l.ſi conſtante ſolu.mat. in.i.viij.queſtione ergo per illum .§.exceptis.debet limitari.d.§.reliquum in vno quia iura noua debēt diſtingui ꝛ limitari per iura antiqua.l.non eſt nouū ff.de legibus ꝛ.l.ſequenti' ꝛ notat.in auten. offe. de lit.conte. Matheus mathaſelanus.

### Additio Domini Ludouici

¶ Non ſunt multi menſes quibus habui conſulere in cauſa maxie importantie an in bonis ꝓuenientib⁹ a matre vel coniuncta perſona per matrē ꝓferrentur materterе in ſucceſſione nepotis ꝛ eõ in bonis ꝓuēi entibus a patre vel coniuncta perſona per patrez pre fererenſ patrui.ex eqtate ꝛ ex ratione.d.§. exceptis concluſi tunc qđ ille tex.qui loquitur in fratribus et extenditur etiā ad filios fratrum ꝓut voluerunt ſcri bentes ibi ꝛ ſcrib.poſt glo.in auten.itaqz .C.cõia de ſucceſ.tñ non habet locū in alijs tranſuerſalibus vlte rioribuſ in gradu ꝛ ita voluit Bal.in.auten.itaqz in ver.ꝛ eſt quidē ordo ꝛc.ꝛ Sali.cõbonoñ.in.d.autē. itaqz in ver.quero ab extra ꝛc.per tex.i.§.cõſequenſ de here.ab inteſt.ꝛ idem etiā ſentit tacite auctor hic dum facit mentionem de fratribus ꝛ eorum filijs ſz eiſ exceptis non cõmemorat vlteriores in gradu ſed di cit qđ alij agnati ꝛ cognati ſuccedunt,in capita ſerua/ ta ſola prerogatiua gradus per tex.in.§.ſi vero neqz fratres ꝛ in.§.illud in auten.de heredita.ab inteſt. Sed clare hoc firmauit infra i.§.iiij.dubitari poteſt ꝛc. Pro quo ego adduco ꝛ tunc adducebā arguen/ do de re ad perſonā qđ argumentum in iure valet.l. q liberoſ plures ꝛibi hoc not.Bar.ff.de vulg.ꝛ pu/ pi.ꝛ Bar.i.l.miles.§.ꝛ qua diximꝰ.ff.de teſta.mili. ſed ita eſt qđ diſpoſitio .d.§.exceptis qui loquitur đ bonis paternis ꝛ maternis ꝛ extenditur ex idēptita/ te rationis ad bona prouenientia ab alijs aſcendenti bus tam ex linea paterna q̄ materna vt dicunt ſcribē tes in locis preallegatis ꝛ hoc voluit auctor infra i §.ſed hic dubium occurrit ꝛc.ſed nō extendiſ ad bo na ꝓuenientia a tranſuerſalibus quia non reperitur hoc iure cautum ꝛ in ſpetie hoc firmauit auctor ifra in ver.ſecūdo dubitari ſolet circa hoc vtruz frater cõ ſanguineus ꝛc.qđ diſpoſitio .d.§.exceptis nō habet locum in bonis ꝓuenientibus a tranſuerſalibus a li nea paterna vel materna ꝯiunctis ergo ſi non ſit extē ſio in bonis.ſ.de bonis aſcendentium ad bona tranſ/ uerſalium ꝛ ſic in rebus non debet etiā fieri extēſio de perſonis ad perſonas cū ergo ille tex.loquaſ i fra tribus ꝛ extendatur per doctores ad filios fratrum non debet extendi nec habere locū in alijs trāſuerſa libus vlterioribꝰ vt ſunt patrui ꝛ matertere iter quoſ de iure cõi ſucceſſio habet locuz in bonis ꝓuenienti bus nepoti vndecūqz ꝛ qualitercūqz ꝛ pariter ſucce/ dunt ꝛ in capita ſeruata ſolum ꝓrogatiua graduuz vt eſt tex.in.d.§.ſi vero neqz fratres ꝛ.§.ꝯñs ꝛ.§.reli/ quum de here.ab iteſt.ꝛ voluit etiā Bal.i.l. patruo C.de legi.here.ꝛ ita tenui in con.ꝑdicto q̄num eſt de iure cõi ꝛ allegaui dñz auctorē in hac materia ſepe/ nūo. Naz ipſe diligenter loquutus eſt Ludo.bolo·

### Matheus mathaſelanus

¶ Sed hic dubium occurrit vtrū frater ꝯſanguine⁹ tantum preferatur fratri vterino in bonis que adꝰ fra trem defunctum peruenerunt ab auo paterno vel ab auia paterna ꝛ idem quero de caſu ꝛ contra an frater vterinus ꝓferaſ fratri conſanguineo in bonis que ad defunctum peruenerūt ab auo materno vel auia ma terna ꝛ puto quod ſic cum ſit eadem ratio vnde illa verba maternis rebus ꝛc.pōita in.d.§.exceptis intel ligo large vt omneſ res cõprehēdantur.que peruene runt ad defunctum ab aſcendentibus p lineam mater naz pro quo facit.l.ij.C.de bonis mater.ꝛ.l.q ſcitis C.de boniſqz libe.ibi ex mr̄e vel eiuſ linea peruene runt Nam debet intelligi vel ei⁹ linea.ſ.aſcẽdẽti:ꝛ idem dico eõ.ſ.in bonis que peruenerunt ad defunc tum ab auo paterno cum ſit eadem ratio nec obſtat qđ notat Bar.i auten.ex teſtamēto.C.de ſcõis nup. quia ibi loquitur in materia odioſa quia eſt iuris an tiqui correctoria ꝛ ideo appl'oe ſubſtãtie pr̄ne nō cõ prehēdiſ ſubſtantia auita:hic autē in materia nullo modo odioſa q.§.exceptis non corrigit:ſed limitat iura antiqua vt ſupra dixi vnde debet fieri extenſio per idemptitatē rationis ꝛ ſic appl'oe matris comꝑ/ hendiſ auuſ ꝛ auia.l.iuſta interꝑtatõe.ff.de ver.ſig. Matheus mathaſelanus.v.j.

### Additio Domini Ludouici

¶ Vera eſt ꝓ certo concluſio dñi auctoris ex cuius dictis elitio alia ꝯcluſionē quā firmaui in additione precedenti:q diſpoſitio dicti.§.exceptis q̄ loquiſ de bonis maternis ꝛ extendiſ ad bona ꝓuenientia ab a ſcendentibus p lineā maternā ꝛ ſimiliter in paternis nō hñt locū in bonis ꝓuenientibus a tranſuerſalibus ꝛ ita auctor ſi bñ ponderef.ſenſit hoc expreſſe i ver. Nam debet intelligi vel eius linea.ſcilicz aſcenden ti ꝛc.ꝛ ſic excludit oēs alioſ ab oibꝰ alijſ ꝓueniētia ꝛ apertius auctor hoc voluit infra in.§.ꝑxio incip. ſo dubitari ſolet ꝛc.ꝓ quo facit quia ſi ſecuſ diceremuſ ſequereſ q.§.exceptis nō iduceret limitat.ad iura ā tiqua ſz correctionē ꝛ ita teneaſ vltra iā dicta. ¶ Ta men ad vnū aduerte dum dñs auctor reſpõdet ad do ctrinā Bar.in.auten.ex teſtamēto đ ſcõis nup.quod loquitur i materia odioſa ꝛc. Naz alia ratio iudicio meo reddi poteſt. Nam ideo ſubſtantiam paternam non poteſt habere quo ad ꝓprietatem mulier tranſi ens ad ſecunda vota ſed ſubſtantiam auitā ſic :quia nubendo affert iniuriaz memorie ꝛ anime mariti q̄ ratio ceſſat in auo ꝓut ſupra latiꝰ diximus in ſo arti culo principali dum poſui de ſucceſſione aſcendenti/ um ad deſcendentes ꝛ ita voluit in ſpē auctor lz non alleget hanc rationem ſupra in dicto ſecundo articu/ lo in.§.ex hoc ergo occurrit mirabile ꝛc.vbi tantum allegat rationem materie correctorie i qua ſz cū nō debet fieri extenſio Ludouicus bolognínus.

### Matheus mathaſelanus

¶ Secundo dubitari ſolet circa hoc vtruz frater cõ ſanguineus ꝓferatur fratri vterino in bonis que ad đ functum ꝓuenerunt a tranſuerſalibus ſibi coniunctis ex linea paterna tantū vt a patruo vel amita vel ex fratre conſanguineo mortuo reſpondeo q non quia hoc non eſt iure cautū itez hoc ꝓbaſ. argumēto .d.l. qđ ſcitis in fi.ibi ex matre vel eius linea. Nam intel ligitur aſcendenti vt ꝓbatur.C.de bonis mat.l.ij. ¶ Preterea etiā quia iſto tēpore an iuſtinianuz bo na que acquirebanſ filio a tranſuerſalibus ſibi coniū ctis ex linea materna patri acquirebanſ pleno iure li cet ſecus eſſet in linea aſcendenti vt.d.l.ij.ꝛ notat i. l.cū oportet in glo.prima.C.de boniſqz libe. ¶ Itez hoc ꝓbaſ quia magna eſt ratio diuerſi atis. Naz bo na aſcendentium ſunt quaſi debita deſcendentibuſ.l. ij.ff.de bonis liber.ſecus in bonis tranſuerſalium .l. i.ꝛ ſequenti .ff.de inofficio.teſtamento ꝛ .l. fratres. co.ti.cum ſimilibus Matheus mathaſelanus.

### Additio Domini Ludouici

¶ Concurro in eadem ſententia ꝛ vltra allegata ꝑ dñm auctorē ad i'em facit qđ ſupra dixi arguendo de re ad perſonā. Nam ſi diſpoſitio.d.l.de emãcipa/ tione.§.exceptis non intelligitur niſi in fratribus et eorum filijs tantum vt bona ꝓueniētia a lineis aſcē dentium non concedantur vlterioribus i gradu ſimi liter ergo cū iſte tex.loquaſ de certis bonis nō debz extendi ad bona tranſuerſalium ꝛ ita alias conſulen do dixi ꝛ non ſunt multi menſes ꝛ quia cauſa adhuc pendet non affero in medium ea que tunc ſcripſi i il/ la materia que eſſent hic multum accomodata ne ar ma partis noſtre eſſent comūia aduerſarijs eius ſed ſi vñ quā dabitur itelligeſ titulum queſtionis ꝛ fun damenta pro hoc faciētia ad intellectū ſtatuti ſub ru brica de ſucceſ.ab inteſt. aſcendentium vel collatera lium Ludouicus bolognínuſ.

### Matheus mathaſelanus

¶ Tertio dubitari pōt pone q fratri defuncto ꝯpete bant multe actiões contra debitores paternos ꝛ ei ab inteſtato ſucceſſerunt duo .ſ. frater. cõſanguineus ꝛ frater vterinus quo formabit libellum frater con/ ſanguineus vt excludat actiones in ſoliduz in eum tranſlatas ꝯ debitores paternos reſpondeo dici poſ/ ſe q re vera vterqz iſtorum eſt heres naturalis ꝓ ſemiſ ſe totius hereditatis defuncti ꝛ ſic directe actiones actiue ꝛ paſſiue inter eos diuidunſ ꝑ hereditarijs ac tionibꝰ.l.i.C.ſi cer.pet.ꝛ.l.ꝓ hereditarijs ꝛ.l.ſi .C. de here.act.Sed ad inſtar ꝓlegati dici pōt de eqtate ipſo iure eſſe tranſlatas in fratrem conſanguineuz ꝓ ſemiſſe ꝛ ſpectare debēt ad fratrem vterinū ſ.hi cohe redem argumento ex legato.C.de leg.ꝯiuncta.l. ex facto proponebatur .ff.de here. inſti. ¶ Vel poſſet dici iſtū fratrem conſanguineum quo ad bona pater/ na fingi a lege eſſe ſolum heredem naturalem ab in teſtato ꝛ ſic in euz tranſire actiue ꝛ paſſiue actiones directas que ad defunctuz ꝓuenerunt de boniſ patriſ ꝛ hoc mihi nō placet quia hoc nullo iure cautū eſt đ tali fictione Matheus mathaſelanus.

### Additio Domini Ludouici

¶ Dñs auctor in queſtione ꝓpōita iudicio meo ſe inuoluit ꝛ eius opi.vltima relata per cū que ſibi nō placet omnino mihi placet Nam non eſt inconueni/ ens q actiones paterne actiue ꝛ paſſiue ꝯpetāt ſoluz fratri conſanguineo in illis bonis declaris ad eum in quibus nullum ius competit alteri fratri vterino qui in illis bonis ꝓuenientibus a patre penitus reputaſ extraneus ſicut econtra in bonis maternis frater vte rinꝰ ꝓferſ cõſanguineo qui in bonis maternis ꝓ nllo habeſ.d.l.de emancipatione.§.exceptis ꝛ voluit ſcri ben.in.d.auten.itaqz de quo ſupra latiꝰ dixi poſt do minum auctorem in.§.ij.caſu ꝛc. ꝛ i.§.ꝛ hoc ꝓcedit ꝛc.itaqz ſum huius propoſiti qđ actiones actie ꝛ paſ ſiue ſiue in bonis paternis ſint apud fratrē cõſangui neum tantum ꝛ eõ in bonis maternis apud frēz vte/ rinū in bonis ꝓueniētibus a matre. ¶ Pro quo ad duco illud qđ voluit ipſemet auctor ifra i.§.verū tñ iter iſtos duos caſus ꝛc.vbi cõcludit q adeo bōa pa terna deferūſ conſanguineo fratri ꝛ radicātur i eius perſona ꝛ eõ bona materna i perſonā fratris vterini quod nō poſſunt recuſare totā hereditatē paternā vł maternā ergo preſuponit ea bōa ꝛ obligatões eorum eſ ſe affixa oſſibus vnius nō aūt vtriꝰqz. ¶ Nec obſtat l.i.ſi certū pet.ꝛ.l.ꝓ hereditarijs de here.actio.quia loquūtur in terminis valde diuerſis ſcilicet qñ bōa deferūſ ad aliquos eodem iure habito reſpectu ad đ functum ꝛ ad eos quibus deferſ ſed non eſt ſic i pa ternis vel maternis cum obligatõe paterna vel ma/ terna defariſ ad fratres de quibus nos loquimur q̄ diuerſimode deferunſ ad eos vt ꝓbatur in.d.§. ex/ ceptis in ver.eos ſolos vocari oportet ꝛc.que verba diligenter notanda ſunt: Nam iudicio meo apponūt gladium ad radicē huius queſtionis ꝛ contra illum tex.forte nō conſiderādo.dixit dñs auctor qui ſi illū caſuz vidiſſet non dubitaſſet āplecti vltimā opinionē per cū relatam quā reprobauit ꝛ nō bñ Ludo.bolo.

### Matheus mathaſelanus

¶ Sed nūc quero in caſu predicto cõtra quem agunt creditores qui habebant directas actiones in ſolidū contra hunc defunctum qui fuit heres naturalis pa/ tris reſpondeo q ipſi debent agere pro ſemiſſe cõtra vtrunqz iſtorum heredū cū re vera ambo ſint here/

VNiVERSIDAD
DSALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

vt dixi ſed frater ꝯſanguineꝰ tenebitur defendere ⁊ ſubleuare ab omni onere huius hereditatis paterne iſtam fratrem vterinū. Matheus mathaſelanus

## Additio Domini Ludouici

¶ Dominus auctor iudicio meo fallitur in hac cōcluſiōe ſicut i ꝑcedēti nā vtraqȝ morbo eodē laborat Nam creditores paterni reſpectu bonoꝝ paternoꝝ debent oīo agere de directo ꝯ fratrem conſanguineum ad quē ſolū dicta bona deferunt ⁊ creditores materni contra fratrem vterinū vt in.d.l.de emancipatō rc.§.exceptiſ in ver.eos ſoloſ vocari ⁊c.⁊ ſic reputātur due hereditates penitus diuerſe ⁊ duo patrimonia oīo ſeperata ⁊ ideo creditores paterni agere debent ꝯ fratrem conſanguineum in quem de iure radicata ſunt dicta bona ⁊ obligationes reſpectu illoꝝ nō aūt poteſt agere contra eum:qui non habet aliqđ ius in eis bonis Nam pone ꝙ ego habeo fratrem vterinum ⁊ fratrem conſanguineū ⁊ habeo bona a patre ⁊ etiam a matre ⁊ habeo paternum debitorem obligatum in centum vel creditorem eius in centū decedo ab inteſtato:ꝑfecto in bonis meis pariter ſuccedant fratres ⁊ tunc creditores ⁊ debitores mei ꝓprij reſpectu bonoꝝ meoꝝ ſpectant ad vtrunqȝ fratrem ꝓ dimidia ⁊ iſto caſu pōt ſaluari dñſ auctor:⁊ ē cāuſ diuerſus ab iſtis. ¶ Et ſimiliter ſi in bōis paternis vł maternis feci obligationē aliquā illa bona tranſeunt actiue ⁊ paſſiue cum obligationibus ſed ſi obligatō mea forte erat perſonalis:tunc actiones ⁊ obligationes actiue ⁊ paſſiue tranſeunt ad vtrunqȝ equaliter ⁊ ꝓ hereditarijs portionibus. Et hoc mō pōt itelligere.l.ꝓ hereditarijſ.C.de here.act.vnde faciaſ tu hāc nouā ꝯſiderationem ꝙ aut erat obligatō paterna vł materna. Et tunc ego filius poſſum agere cōtra debitores indiſtincte ⁊ creditores contra me indiſtincte niſi obligationes eſſent reales quia paterni agere debent ad bōa paterna ⁊ materni ad materna ſed ſi ego morior ab inteſtato relictis fratribus conſanguineo ⁊ vterino ⁊ tunc dico etiā ꝙ āt erat obligatio paterna realis ⁊ illa ſequitur bona ⁊ vnus non tenetur ꝓ alterius obligatione aut perſonalis paterna ⁊ tunc qlibet tenetur ꝓ rata bonoꝝ habito reſpectu ad valorē bonoꝝ. Nam ſi debebat pater .x.ducatos ⁊ obligatio eſt pſonalis ⁊ bona ad me ꝑuenta a matre valent.xx.Bona vero ꝑuenta a patre valent.xl.debet ſolui creditori paterno ſecūdū ratas ⁊ ille q minꝰ hȝ minꝰ tenebitur ad rōēȝ rate ⁊ ſic.ꝓ hereditarijs portionibus.d.l.ꝓ hereditarijs ita intelligo hanc materiaȝ ⁊ hoc ideo quia ego fui heres pria ⁊ ille actiōeſ in me tranſlate ſunt ⁊ mutarunt naturā ſed ſi ego feciſſeȝ debitū tunc indiſtincte fratres mei in bōis meis ꝓprij ſunt obligati ꝓ hereditarijs portionibus. Sed in alijs ꝓ rata.itaqȝ ego facio lungā differētiā an ſit debitū patris vel filij. Ludouicus bologninus

## Matheus mathaſelanus

¶ Et ſic iſtum caſuȝ eqꝑabo alteri caſui ſimili ſi ponamus ꝙ defunctus inſtituiſſet fatrem conſanguineum ⁊ fratrem vterinum. Sed hereditatem patris ſui prelegaſſet conſanguineo:quo caſu conſtaret creditores paternos habere actiones diuerſas ꝯ vtrūqȝ heredē vt.d.l.ꝓ hereditarijs ſed ille coheres cui factam eſt prelegatum teneretur agnoſcere omnia alia onera in.effectu.l.cū ꝓ.§.m:ſſeȝ.ff.de leg.ij.l.qui cōcubini.§.ita.ff.de leg iij. Matheus mathaſelanus.

## Additio Domini Ludouici

¶ Bene verum eſt hoc caſu vtrunqȝ fratrem teneri ꝓ portionibus hereditatis quia pariter ſunt inſtituti a fratre in omnibus bonis pariter ⁊ hoc cāu habet locū.l.ꝓ hereditarijs de here.act. Sed vbi bona ꝑdicta deferuntur ab inteſtato magis vni q̄ alteri tunc recurre ad ea que ſupra dixi in duabus ꝓximis meis additionibus ad quas me remitto. ¶ In eo vero ꝙ dicit auctor de prelegato facto vni vt teneatur ſubſtituere onera ⁊c.hoc non credo verum quouſqȝ ſufficiunt bona alia hereditaria creditoribꝰ paternis vel maternis.ſed vbi deſerunt tunc poſſent habere recurſuȝ ad ea inſi.obligatio eſſet realis qa tunc ante ⁊ poſt ſequeretur bona.l.i.§.ſi fundū.ff.ad treb. Ludouicus bologninus.

## Matheus mathaſelanus

¶ Uerum mī inter iſtos duos caſus puto eſſe differentia quia qñ ſuccedittur ab inteſtato non poſſet frater vterinus recuſare totā hereditatem maternā que peruenerat defuncto licet eſſet non ſoluendo nec ecōtra conſanguineus paternā vt.d.§.exceptis qui indiſtincte loquitur ⁊ facit.d.l.ꝙ ſcitiſ ſed in cāu quo eēt factum teſtamentum ea forma qua ꝑdixi poſſet frater conſanguineus repudiare prelegatam hereditatis paterne facit.l.qui filiabus.§.ſi.cū.l.ſe quenti.ff.de leg.i.⁊.l.ſed duobus.ff.ð leg.ij.⁊ nota quia ab alijs doctoribꝰ ſunt in tacta Matheus mathaſelanꝰ.

## Additio Domini Ludouici

¶ Ex hac differentia facta ꝑ auctorē colligitur verū eſſe illud ꝙ ſupra dixi in additione ꝑcedenti ꝙ creditores debent agere contra fratres inſtitutos:⁊ ꝙ ille cui eſt factum prelegatū in prelegato non reputaſ heres Nam ſi eſſet in eo heres non poſſet repudiare prelegatuȝ ⁊ retinere aliam partem hereditatis cuȝ non poſſit quis eſſe pro parte heres ⁊ pro parte nō iuribus .vul. Ludouicus bologninus.

## Matheus mathaſelanus

¶ Quarto dubitari poteſt vtruȝ filij fratris vterini preferātur fratri conſanguineo vel eius filijs in bonis maternis vł econtra reſpondeo ſic:quia qđ dicit in.§.exceptis de fratribus extendi debet ad eorum filios per tex.in auten.de heredita.ab inteſt.§.reliquuȝ ibi ſicut eorum parens ſi viueret ⁊c.⁊ ibi vt in ſuoꝝ parentum iure ſuccedāt ⁊ nota hoc quia multū facit ꝓ opi. Acur.not.in auten.ceſſante.C.de legiti. here.que cōis eſt vt ꝑdixi. Matheus mataſelanuſ

## Additio Domini Ludouici

¶ Hec concluſio de filijs fratruȝ vera eſt:de qua ſupra etiā diximus dum tractaui an diſpoſitio.d.§.exceptis extendatur vltra filios fratrum ⁊ concluſimꝰ ꝙ non ⁊ feci mentionē de doctrina dñi auctoris hic ideo non repeto vlterius nunc ne occupemuſ fruſtra membranas Ludo. bolo·v.j.docto:.⁊ eques

## Matheus mathaſelanus

¶ Quinto circa hec poſſunt formari alia duo dubia que ſupra formaui circa filios fratrum vtriqȝ cōiunctoꝝ ſed non inſiſto quia illud idem ꝙ dixi in illis inter ſe dico etiā in iſtis inter ſe ꝑ eadem iura ⁊ eaſdem rationes. Matheus mathaſelanus

¶ Additio domini Ludouici.

¶ Nota vnam regulam multuȝ notabilem ⁊ quotidianam ꝙ dicta in filijs fratrū vtrinqȝ cōiunctorum inter ſe habent ēt locum in filijs fratrum ex vno latere tantū.inter ſe. Nam filius fratris vterini ꝑfertur filio fratris conſanguinei.in bonis maternis.⁊ econtra. Et illud qđ diximus de bonis alioꝝ aſcendentiū inter fratres idem dico in eoꝝ filijs ⁊ ſi vnuſ repudiauit accreſcet alteri ⁊ ſuccedent in ſtirpes iuxta ea q̄ ſupra latius circa predicta oīa diximus. Nam vt videsꝰ dñs auctor preſupponit ꝙ dicta in filijs fratrum vtrinqȝ ꝯiunctoꝝ habent locuȝ etiam in iſtis inter ſe Ludouicus bologninus.

## Matheus mathaſelanus

¶ Tertio loco poſt fratres fratrum qȝ filios vocanē agnati ⁊ cognati ſcdm ordinem graduſ ſui q prior in gradu vocatur ⁊ ſi ſunt plures pares i gradu pariter vocantur ⁊ ſucceſſio fit in capita.i.ſecunduȝ numerū perſonarum nō aūt in ſtirpes vt in auten.de heredita.ab inteſt.§.ſi vero neqȝ fratres vnde ſiquis ab inteſtato deceſſit ſuperſtite vno patruo ⁊ fribus auiculis oēs iſti pariter ſuccedūt.ſ.quilibet ꝓ quarta pte.

## Additio Domini Ludouici

¶ Iſta ꝯcluſio ꝓprobaſ cū exēplo i auten.poſt frēs la prima ⁊ la ſecunda.C.de legi.here.que ſunt trāſumte ex illo.d.§.ſi vero nȝ frēs ⁊ in.§.illō co.ti.de here. ab inteſt.⁊ eſt ſublata oīs differentia ſexus ⁊ ſola cognatio cōſideratur in iſtis tranſuerſalibus vlterioribus a filijs ⁊ fratruȝ filijs vt ibi dicitur ⁊ firmant ēt ſcribentes ibidem nemie diſcrepāte:⁊ in hoc nō eſt difficultas iō non inſiſto.

## Matheus mathaſelanus

¶ Et vocantur omnes agnati ad ſuccedendū ab inteſtato vſqȝ ad decimū gradū incluſiue cāus eſt ſingu. inſti.de ſucceſ.cogna.⁊ ſilr hodie cognati qui ſunt equiperati.agnatis poſſunt ſuccedere de iure ciuili vſqȝ ad decimuȝ gradum nam ſucceſſiones ſunt potiuſ ampliande q̄ reſtrigende vt inſti.de bono.poſſeſ.§. adhuc autem ⁊ pro hoc facit doctri. Bar.in.l.i.ff.de legibus ⁊ hec eſt comunis opinio glo.⁊ doc.in.d.§. ſi.inſti.de ſucceſ.cogna.⁊ in auten.in ſucceſſione.C. de ſuis ⁊ legi.⁊ idem voluit ipſemet auctor infra in §.⁊ hec puto vera ⁊c.dicenſ ideȝ i clericis ſecularibꝰ Matheus mathaſelanus.

## Additio Domini Ludouici

¶ Pro hac affirmata cōi opiniōe glo.⁊ doc.q habent agnati ⁊ cognati hodie ſuccedunt vſqȝ ad decimum gradum adde tu tex.optimū.inducendo ſubtiliter in §.conſequens in auten.de here.ab inteſt.i verbo hereditas diuidatur ⁊c.vbi tex.vocat agnatos ⁊ cognatos ſimul ⁊ dicit inter eos diuidendā eſſe hereditatem ſed ſi cognati non ſuccederent vſqȝ ad eūdeȝ decimum gradum non poſſet inter eos diuidi hereditas. Nam priuatio preſuponit habitū.l.x.ff.ð verbo. obli.c.ad diſſoluenduȝ de deſponſa.impub.

¶ Secundo ad idem pondero tex.in.d.auten. poſt fratres la ſecunda in ver.ſola. Namqȝ cognatio ⁊c. vbi tex.in ſucceſſione agnatoꝝ ⁊ cognatoꝝ cōſiderat ſolum prioritatē graduū ⁊ ſic tollit omnia alia obſtacula que olim erant Nam illud verbum ſola eſt verbum taxatiuū.l.hijs ſolis.C.de reuo.dona.⁊ voluit Bal.in.l.i.C.de ꝯtrab.⁊ Bal.in.l.cū notiſſi.C. de preſcri.longi.tēporis. Ad idē facit cāus in.§.nullam in autē.de heredita.ab inteſta.in vēr ꝑ quēlibȝ alium modum prioribus legibus ⁊c.vbi tollit omnis differentia inter agnatos ⁊ cognatos que quolibet mō inter eos fuiſſet ſed inter alias erat hec ꝙ agnati ſuccedebant vſqȝ ad decimum gradum cognati vero vſqȝ ad ſeptimum vt in.d.§.ſi.de ſucceſ. cogna. Ergo ſi ſūt ſublate hodie admittūſ omneſ vſqȝ ad eundem decimum gradum. Ludouicꝰ bologninꝰ

## Matheus mathaſelanus

¶ Gradus autem numerari debent ſecundum formā que legitur inſti.de gradibus ꝑ totum etiā de iure cano.quia quo ad materiā ſucceſſionum ab inteſtato fit de iure ꝯnatio graduū ſecūdū doctrinā legaleȝ ſed quo ad matrimonium aliter fit.xxxv.q.v.c.ad ſedem. Matheus mathaſelanus.

tur ſcriptum eſt enim veritatem requiret dñs ⁊ re-
tribuet habundāter facietibus ſuperbiam. iam illud
propheticum eſt impletum pſalmo. x. Quoniam ec
ce peccatores intenderunt parauerunt ſagittas ſu-
as ipharetra vt ſagittent in obſcuro rectos corde et
iterum pſ. lxiiij. quia exacuerunt vt gladium linguaſ
ſuas ecce falſa crimina que dño noſtro impoſuerunt
⁊ ſequitur intenderunt arcum rem amaram ecce inſi
dias ⁊ machinationes quas in occulto fabricabāt ſa
tis amaras ⁊ ſcandaloſas. fidelibus ſed maxime ſu
is dānatiſſimis animabus ⁊ ſequitur effectus vt ſa-
gittent in occultis. i. per fraudes ⁊ mendatia conficta
imaculatū ecce iplerū ē illō apl̄ice ꝓphetie erit inqt
tēp⁹ cū ſanā doctrinā ñ ſuſtinebūt ſꝫ ad ſua deſideria
coaceruabūt ſibi magros prurientes auribus ⁊ a veri
tate quidem auditum auertent ad fabulas autem cō
uertentur apoſtolus ad Thimo. in ſecunda epiſtola
c. iiij. ¶ Dicant ꝓinde mihi patres illi conciliares
⁊ ſynoduſ illa Baſilieñ. que principem principiſſiue
rum ⁊ indubitatum xp̄i vicarium coram ea in iudi-
cio citauerunt occaſione pretenſarū preuaricationuꝫ

de quibus ſ. retulimus ſerioſe vt eorum vitar verbo per eundem ſummũ pontificem vt dicitur patratas veritate eorum que contra eundem ĩpingebãtur ꝑ ꝓbõnes legitime receptas aliter minime patefacta imo qḋ eſt funeſtius non erubuit in eodem monitorio ſubiungere de hijs eidem conſtare per ſummariam informationem licet ex habundanti receptam ĩmemores canonice inſtitutionis ⁊ vt diſcoli in omnibus ambulantes cum ſit ſpeciale in papa ꝙ ſemper ꝓ factis per eum preſumi debeant ꝙ iuſte omnia facta ſint ⁊ legitima cauſa ſuadente etiã ſi non bene facta fuiſſent vt eſt expreſſum. xl. di. c. non nos. Quinimo anteq̃ ad citatorium potuiſſet huiuſmodi emanare hec omnia debuerunt conſtare non dico per ſũmariam informationem ſed etiam per probationes legitime iam receptas vt dictum eſt ſupra ⁊ ſic vbi requiritur probatio non ſufficit informatio quia informatio poteſt ſumi a teſtibus non iuratis vt dixit bal. in x. col. de pace tenenda. c. ſi duo vbi dicit eſſe glo. ſin.

¶ Amplius dicant mihi patres illi Baſilieñ. cur tã pudibunda occaſioñ. pretenſarum preuaricationum ad citatorium huiuſmodi tam deteſtabile prorũperẽ preſumpſerunt nam etiam ſi conſtaret apoſtolicum nedum iſta que narrantur in citatorio ſed etiam homicidium cõmiſiſſe quis peccet tamen de hoc accuſari vel inquiri non poteſt vt dixit glo. Jo. in dicto. c. nõ nos. xl. di. de nullo nãq; mundi crimine poteſt papa preterq̃ d hereſi. ĩpetiri. ij. q. iij. c. preſul. xl. di. c. ſi papa. xix. di. c. anaſtaſius. xxiiij. q. i. c. acatius. xxiiij. q. i. c. qui contra pacem de hereti. c. ad abolendam. § i. ⁊ ij. ix. q. iij. c. nẽo. lxxix. di. c. i. de elec. c. licet per Inno. ⁊ ꝯpo. ⁊ c. vbi maius eo. ti. li. vi. ⁊ ibi dicit archi. ꝙ licet accuſari poſſit de hereſi. non poteſt tamẽ contra eum excipi ⁊ idem Inno. ⁊ hoſti. in. c. licet eo eni ipſo ꝙ papa hereticus eſt minor ẽ quolibet xpiano vt dicto. c. acatius. xij. q. i. c. ſcimus ⁊ ipſo iure eſt apoſtolatu priuatus vt dicto. c. ſi quis penam ⁊. i. q. i. c. ſi quis de eccleſia. xvi. q. vltima. c. ſanc. xxiiij. q. i. c. dicamus ⁊ c. miramur. §. hijs auctoritatibus ⁊ ſeipſꝫ priuat. xxi. di. c. nunc autem vnde fuit ꝓfecto mirandum ꝙ ſynodus illa ꝓrupit ꝑ aſſertis tranſgreſſionibus contra papã ad illud monitorium ⁊ citatorium nam dicit canon quod ſi papa ſue ⁊ fraterne ſalutis immemor negligens reprehendatur inutilis ⁊ remiſſus huius culpam nullus redarguerẽ preſumat mortalium quia cunctos ipſe iudicaturus a nemine eſt iudicandus niſi deprehendatur a fide deuiuſ tex. ad litteram. xl. di. c. ſi papa nec poteſt concilium pro quocunq; crimie vel delicto niſi pro hereſi. vt dicebam papam deicere de papatu quia eiectionem ſummorum pontificum ſibi dñs reſeruauit tex. lxxix. di. c. eiectionem ⁊ alibi dicitur ꝙ nemo iudicabit primã ſedem neq; ab auguſto neq; ab omni clero neq; a regibus neq; a populo iudicabiẽ tex. in terminis. ix. q. iij. c. nemo ⁊ glo. ibi dicit ꝙ concilium non poteſt papam iudicare allegat de elec. c. ſignificaſti ⁊ ſubdit ꝙ ſi totus mundus ſentiret in aliquo contra papam pape ſententie ſtandũ eſt vt xxiiij. q. i. c. hec eſt fides item aliorum hominum cauſas deus voluit per homines terminari ſed ſedis illius preſulem ſuo ſine queſtione reſeruauit arbitrio bonus tex. ix. q. iij. c. aliorum hominum.

¶ Nec habet premiſſe concluſioni obſiſtere ſi dicatur ꝙ ⁊ ſi papa pro quocunq; crimẽ vel delicto niſi pro hereſi. tantum deponi vel priuari non poſſit ⁊ ꝙ concilium non habet poteſtatem contra eũ procedendi niſi pro crimie hereſis vt dicebam tamen cum eſſet idem apoſtolicus delatus ⁊ infamatus de tranſgreſſionibus multiplicibus de quibus ĩ dicto monitorio ⁊ citatorio plenius continetur ſaltim ſi per ſe cum poterat obſtantibus infirmitatibus ⁊ longitudine itineris ad purgandum ſe de impetitis coram dicta ſynodo per ꝓcuratorẽ habentem ſpeciale mandatum debuit comparere quia eſt regſare ꝙ infamatus debet propter ſcandalum populi ſe purgare de pur. ca. c. ij. ⁊ c. inter de offi. ordi. c. ex parte in glo. vltima. ij. q. v. c. habet hoc proprium nam ⁊ ſumus pontifex propter ſcandalum ſine preiuditio aliorum pontificũ ſemet ipſum vt patet de leone papa. ij. q. v. c. auditum ⁊ §. ſequenti ⁊. ij. q. vij. c. nos ſi incompetenter ⁊. §. ſequẽti Et de eodem papa habetur qui purgauit ſe cũ. xij. ẽpis. ij. q. vi. c. omnibus circa ſi. ⁊ Sixtus papa purgauit ſe in concilio. ij. q. v. c. mandaſtis ⁊ damaſenus papa cum. xlij. ẽpis ſe purgauit. ij. q. vij. §. item cum balcam circa ſi. idem fecit ſymacus papa vt ibi idem gregorius. ij. q. vij. §. ſiquis ſuper ⁊ habemus exemplum beati Gregorij inuitantis omnem eum reprehendere volentem. ii. q. vii. c. nos ſi vbi patet quod ſubditi prelatos ſuos poſſunt reprehendere ⁊ accuſare ⁊ de ꝑꝑ ⁊ ſuis deffectibꝰ dãnandis patet. ii. q. iiii. c. preſul non damnatur Quinimo etiã ſi papa argueretur de hereſi. occulta debet ẽpoꝝ concilium conuocare vt patet. xx. di. c. ſicut in ſi. ⁊ eſt expreſſum. ii. q. v. c. mandaſtis quia certe ex quo dicta ſynodus Baſilieñ. in omnibus ordinationibus ⁊ ꝓuiſionibus et collationibus aplicis vt ita dixerim ſe poſuit aduerſantem contra ſedem apoſtolicam poſſetenus fulminando vt. hec omnia ſunt notiſſima toto orbi non tenebatur apoſtolicus coram illa ſynodo ſe in q̃ eſſent contra eum purgatores profecto maliuoli ⁊ ſuſpecti contra no. in. c. inter de purga. cano. quia periculoſũ eſſe deſcribitur coram ſuſpecto iudice litigare in. l. apertiſſimi. C. de iudi. iii. q. v. c. quia ſuſpecti. c. ſi. ⁊ §. ſi. Et quando ſuſpicio eſt notoria non requiritur apꝓo nec eſt recuſatio oportuna ſecũdũ archi. ii. q. vi. c. quomõ faciant que habentur de accuſa. c. veniens ⁊ in cle. paſtolalis de re. iudi. ¶ Quinimo ⁊ ſi virtute huiuſmõi citatorii potuiſſet ꝑ ꝓcuratorẽ habentẽ ſpeciale mandatum purgaturus ſe de obiectis in iuditio comparere qḋ etiam fieri poſſe Inno. atteſtaẽ de purga. cano. c. cũ in iuuẽtute ñ ex quo locꝰ totꝰ ñ erat apoſtolico non tenebatur mittere reſponſalem pretextu monitorii citatorii prelibati quia ad hoc vt locus citato tutus dicatur debet eſſe tutus tam ſibi q̃ procuratori ſuo tex. ꝓut interſit Jo. an. i. c. ex parte ḋ appel. nec ſufficit locum eſſe tutum ꝓcuratori ſed nõ dño vbi cã eſt grauis ſecus ſi eſſet leuis quia tũc ſufficit locum eſſe tutum dño ⁊ non procuratoribus ꝓpter ademptionem facultatis ꝓcuratorẽ conſtituendi vt dicto. c. expte. i. de apel. imo vt dicit ibi glo. debet locus eſſe tutus teſtibus ⁊ aduocato. ⁊ anto. de bu. ibideꝫ proſequendo hoc dubium an citatio arctet citatum ad locum non tutum ⁊ an debeat appellari vẽ opponi de loco non tuto dicebat ꝙ ſi notorie locus ñ eſt tutus ſine aliqua appellatione vel exceptione citatio nõ arctat citatum quia iuḋ. eſt certus vel debet eſſe de ĩpedimento citati quo caſu non valet qḋ agiẽ ſicut qñ detinetur infirmitate. ff. de re. iudi. l. queſitũ de ꝓatr. c. querelam cum ſi. ⁊ hoc planum illud addo ꝙ recuſatur locus non ſolum propter inimicicias ſpeciales ſꝫ ꝑꝑ inimicicias citantis de offi. de lega. c. cũ. R. ¶ Itẽ addo ꝙ ratione ſuſpicionis purgat ſe quis iuramento vt in vſibus feudoꝝ de controuerſia i ueſti. c. i. §. pe. ¶ Nec dicat quiſ ꝙ talis obiectio cõfunditur ꝑ glo. i. c. i. de iudi. vbi dicit ꝙ concilium ñ poteſt recuſari vel allegari ſuſpectũ quia certe dico illud verum qñ preſentialiter in concilio ꝑeſt ꝑꝑ qui eſt caput ⁊ orbis ẽpus ix. q. iii. c. cũcta cuius tanta eẽ conſcientia dicitur ꝙ non mouentur ex ſnia alioꝝ exiſtentium in concilio. c. ad apoſtolicam de conuerſio. coniuga. ⁊ ita dicit anto. de but. in dicto. c. i. ḋ iuḋ inno. tñ tenet ꝙ illi de concilio ſunt coniudices ordinarij. iij. q. iiij. c. ſcitote vñ papa preſidens nil poteſt ſine eum iudicibus ſuis caſus videtur in. l. magĩratuſ ff. ad mũicip. preſidens enim concilio ⁊ coniu dicens faciunt vnum corpus qḋ dicitur concilium ⁊ omnes loco vnius habentẽ vt dicta. l. magiſtratus ẽt de offi. de lega. c. cum p̃ſes li. vi. ꝑſidens tamen tanq̃ caput concilij maiorem auctoritatem habet ipſe eniꝫ habꝫ diffinire ea que in concilio ꝓponũtur de conſilio et conſenſu ceterorum de concilio ſecundum hoſti. i. c. graue de prebẽ. allegat de ẽpi ordi. c. ſi archiepus vbi bene probatur ⁊ probatur etiam. xx. q. iij. c. i. ⁊. ij. ⁊ ꝑ eumdem hoſti. in dicto. c. ſi archiepus idem ergo dicendum eſſet de ſummo pontifice ⁊ maxime non contradicentibus illis de concilio generali idem etiam eſſet ſi totum concilium contradiceret ſententia eniꝫ ſua preualet no. Jo. an. de elec. c. ſignificaſti allegat. iiij. di. c. in iſtis. xv. di. c. ſicut in ſi. cum multis ſi. eſt enim ſupra concilium vt dictis iuribus vt recitat anto. de bu. in dicto. c. i. de iudi.

¶ Sequitur videre de robore litteraꝝ aliarũ Baſilieñ ſynodi ſupradicte incipientium compaciens cũ ſinodus que poſt repertitas aſſertas tranſgreſſiones cõmiſſas per dominum noſtrum repetitis tenoribus decretorum frequens in conſtancieñ. ⁊ quoniam frequens in baſilieñ. concilijs editoꝝ ad diſſolutionem ferarieñ. concilij ſe conuertunt Mandantes cardinalibus patriarchis archiẽpis ⁊ ẽpis ⁊ alijs quibuſcũq; vt ad illam baſilieñ. ſinodum ſtudeant ſe transferre gerenda ia ſuper quecunq; in eodem ferarieñ. concilio impugnando ⁊c. o. dolor. o. pudor. o. patres ꝓloquutores huius veſane legis miniſtri qui cum deberent ⁊ teneantur apoſtolicis decretis cum omni reuerentia obedire de ſeipſis plurimũ q̃ debeant vẽdicantes illa reſoluere attemptarunt non eſt enim diſcipulus ſupra magiſtrum de elec. c. officij. xlviij. di. §. prohibentur. lix. di. c. ordinatos nouiſtis ꝙ inferior legem ſuperioris non tollit de offi. ordi. c. cum ab eccleſia de renuncia. c. cum dilectus ⁊ archi. in. c. ſi. ḋ conſtitu. li. vi. de maio. ⁊ obe. c. cum inferior ⁊. c. ſtatuimuſ. xi. di. c. inferior vbi dicit littera iferior ſedeſ potiorem diſſoluere non poteſt ⁊ ſubdit cuꝫ ſole clarius exhibuerimꝰ ñ poſſe quẽq̃ minoris auctoritatis eſt enim qui maioris poteſtatis eſt iudicijs ſuis adducere aut proprijs diffinitionibus ſubiugare ſcitis patres illi conciliares in canoñ. ſcriptum eſſe. Conſequens eſt vt quod ab huius ſedis apoſtolice rectoribus plena auctoritate ſanatum nulliꝰ conſtitutionis vel cõſuetudinis impediẽte occaſiõe ꝓprias ſequeñ tantum voluntates remoueatur ſcribitur ad contextum. xi. di. c. conſequens. Et iterum nolite oberrare fratres mei doctrinis varijs ⁊ extraneis nolite abduci inſtitutis apoſtoloꝝ ⁊ apoſtolicorum virorum canoneſ quos habetiſ hiis ſeruimini ⁊ ſubdit ſatiſq; indignum eſtꝰ vt quẽq̃ pontificum vel ordinũ ſubſequẽtium hanc regulam refutare quam beati petri ſedem et ſequi viderit ⁊ docere. textualia verba ſunt de conſe. di. i. c. baſilicas ⁊ ibi etiã dicit litera cũq; nos contra ſalutarium regularum reuerẽtiã cupiamus temere nihil dicere ⁊ cum ſedes apoſtolica ſuperior hijs omnibꝰ fauẽte dño que paternis canonibus ſũt preſixa prodeuotoq; ſtudeat tenere propoſito ⁊ ſequtur ſatiſq; conueniens ſit vt totum corpus eccleſie in hac ſibimet obſeruatione concordet quã illic vigere cõſpitiatꝰ vbi dominus totius eccleſie poſuit pricipatum verba ſunt ad literam in dicto. c. baſilicas ⁊ ſic patet ferarieñ. concilium diſſolui non potuit ꝑ decretũ Baſilieñ. concilij de quo ſupra imo ꝯcilium ſe ſubmittit determinationi pape in omnibus coꝝ decretis vt patet. xxiiij. q. i. c. hec ẽ fideſ papa beatiſſime quam in eccleſia catholica didicimus in qua ſi minꝰ perite aut caute aliquid poſitum eſt emendari cupimus a te ⁊ qui petri ⁊ ſedem tenes ⁊ fidem vt de domino noſtro papa poſſiꝫ dicere verbum illud decreuit ⁊ quis poterit infirmare ⁊ manus eius extenta quis auertet eam Iſay. xiiij. quaſi dicat nullus debꝫ namq; ſynodus illa dum fuiſſet inſinuatum eidem diſſolutionem illius ſynodi ⁊ tranſlationem eiuſdẽ ad ferarie ciuitatem dixiſſe potius debuit verba illa tuum eſt deſtruere ⁊ nos erimus tecum confortare ⁊ fac tecum in concilio Tecum in auxilio. Tecũ in preſidio eſdre decimo. ¶ Proinde digne occurrat ſummo pontifici dicere qḋ alibi ſcriptum eſt ſtatui decretum quod ſtudioſe impleri volo eſdre. vi. c. ¶ Concludo ergo in hoc articulo queſtiõis concilium ferarieñ. eſſe verum catholicum ⁊ legitimũ concilium in quo preeſt ſanctiſſimuſ dominus noſter papa nec illud poſſe vel potuiſſe ꝑ baſilieñ. conciliũ perturbari per tex. xxiiij. q. i. c. non turbatur nauis q̃ petrum habꝫ ⁊ ſubdit non ergo turbatur hec nauis ĩ qua prouidentia nauigat abeſt perfidia fides ſupat quõ enim turbare potuit cui preeſt is in quo eccleſie firmamentum eſt illic ergo turbatio vbi modica fides ibi ſecuritas vbi per facta ductio deniq; ⁊ ſi alijſ imperatur vt laxarent recia ſua ſoli tamen petro dicitur duc in altum hoc eſt in profundum diſputationum Textualia verba ſunt in dicto. c. non turbatur xxiiij. q. i. i ſede preterea apoſtolica ſemper eſt catholica ſeruata religio tex. xxiiij. q. i. c. i ſede ⁊ rurſuſ rogamus vos fratres Kariſſimi vt non aliud doceatis neq; ſentiatis q̃ a beato petro accepiſtis ipſe enim eſt caput totius eccleſie cui ait dñs tu es Petrus ⁊ ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam Textualia verba ſunt. xxiiij. q. i. c. rogamꝰ ad idem. c. loquitur eadem cã ⁊ qõne. ¶ Quid p̃ſa cũ illḋ Baſilieñ. conciliũ fuerit ꝑ apoſtolicũ diſſolutũ ⁊ tranſlatũ ad ferarie ciuitatem non poteſt a modo concilium nũcupari cum caput nec preſidentes ꝓ papa non habeat ḋ preſenti. xxiij. di. c. nulla ratione vbi dicit tex. ꝙ que ſub nullius diſciplina ⁊ prouidentia gubernatur tales acephalos ſine capite p̃ſta conſuetudo nũcupauit caueant ꝓfecto in eadẽ Baſilieñ. ſynodo reſidentes ſcriptum eſt enim ſiquis adorauerit beſtiam ⁊ imaginem eius ⁊ accipiet caracterẽ in fronte ſua ⁊ ĩ manu ſua hic bibet de vino ire dei qḋ mixtum eſt mero in calice ipſius ire ⁊ cruciabitur igne ⁊ ſulfure in conſpectu angelorum ſanctorum ⁊ ante conſpectum agni ⁊ fumꝰ tormentorum eiꝰ aſcendet in ſecula ſeculoꝝ ſcribiẽ apoc. xiiij. ¶ Concludo igitur in hoc dubio ꝓpoſite queſtionis concilium olim Baſilieñ. non poſſe ampliꝰ conciliũ appellari ſed poteſt



VNiVERSiDAD
D SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

dici acephalum abſq; capite monſtruoſum cōtra re-
gularem naturam conciliorum que conſtant ex mem
bris ⁊ capite vt in alijs inferioribus concilijs.iij.di.
§.porro.xviij.di.c.quoniam ſi epiſcopus metropoli
tanus.c.ſi quis epoꝝ per totum.vij.q.i.c.in apibus de
preſcrip.c.cum non liceat cum.ſi.⁊ ferarien.conciliū
eſſe verum legitimum catholicum concilium ⁊ legi
time inſtitutum in qua ciuitate policia omnis virtu-
tes ciuiū ampliſſime ⁊ ſpectatiſſimoꝝ veneratō plu
rimoꝝ liberalitas ⁊ magnificentia hoſpitalitas in ex
ternos mores venuſti elegantie hōꝝ ⁊ rerum omniū
plenitudo ibi vita iperturbabilis ibi princeps ille e-
ſten̄ marchio imortalitate digniſſimus optimus ſup
bonos cui ſeruire regnare eſt ipſe enim ſuper excellē
tiſſimus pioꝝ piiſſimus preſtantiſſimus ſtabiliſ ⁊ im
mutabilis ſemper agens ⁊ ſemper quietus colligens
⁊ non egens cum nil deſit ſibi is ſecurus ⁊ non for-
midans reddens debita nulli debens donans debita
nihil perdens is profecto virtutum fulgore videtur
omnes mundi principes ſuperare magnus nāq; es
dn̄e ⁊ laudabilis nimis ⁊ magna virtus tua ⁊ ſapien
tie tue non eſt numerus tu ſolus es cui deus omni-
potens latam gloriam reſeruauit tueq; ſerenitatis
excellentia de gentibus in gentes ⁊ de regnis ad po
pulos conuolauit ⁊ cum bonis ac donis multiplicibꝰ
te beauit ipſe deus ſuper omne bonum te felicem fe
liciſſimum faciendo largitus eſt tibi illum filium in
clitum per ſecula celebrandum leonellū ſumme mi
litie ac religionis decus virum catholicum ac de-
uotum ac illuſtrem ⁊ nobilem profecto etatis impa-
rem vt cum pace alioꝝ dixerim ⁊ fidei ardentiorem
quem ſaluare ⁊ dies ſuos in pace cuſtodire dignetur
ille qui cūcta poteſt dominus ſabaoth vnde dicuntur
profecto parentes qui tam glorioſiſſimum ⁊ inclitū
dn̄m genuerunt Benedicatur patria que te aluit
O felicia regna tua omnes igitur exultemus illōq;
virgilij in tanti hercle magnificentiſſimi filij laudeꝫ
proferamus que te tam leta tulerunt ſecula qui tāti ta
lem genuere parentes tu profecto mundi iubar ⁊ de
cus ,tu quippe ſolus es vite noſtre ſapientiſſimus
dux ⁊ rector ⁊ ſpeculum fidei orthodoxe virtutum
indagator expulſorq; vitiorum Tu orbem quaſi no
uiter peperiſti ⁊ diſſipatos homines in ſocietatem
vite collocaſti ⁊ vndiq; populos laceſſitos tu repe-
rator legum tu morum magiſter ⁊ diſciplie fuiſti ad
te omnes confugiunt atq; opem petunt iuxta ſententi
am ciceronis de tuſculanis queſtionibus li.vi.tu glo
ria ihrl̄m tu leticia iſrael tu honorificentia quia feci
ſti viriliter ⁊ confortatum eſt cor tuum iudith.xv.
Beati viri tui populi noſtri beati ſerui tui q aſſiſtunt
coram te ſemper ⁊ audiunt ſapientiam tuam.iij.Re
gum .decimo.c.Proinde ſapientiā eius narrent pſt
⁊ laudem eius pronunciet eccleſia eccleſi.xliiij.Be
nedictus dn̄s qui hodie nomen tuum ita magnifica
uit vt non recedat laus tua ab ore viuentiū iudith.
iij.Quid eſt hic laudemus cum fecit enim mirabi-
lia in vita ſua.eccle.xxxi.profecto nuſq̄ quiſq; tam
vni homini carus fuit quantum hic ſuis ſubditis et
cum cognoſcentibus vniuerſis ⁊ vt eius retro geſta
teſtantur animus ſuus nunq̄ his anguſtijs quas nā
nobis adiuuandū dedit contentꝰ fuit ſed ſemper im
mortalitatis amore flagrauit non habebat vitā arbi
tratus que corpore ⁊ ſpū continetur ſed illam inq̄ vi
taꝫ que vigebat mēoria ſeculoꝝ omniūq; poſteritas
alet quem ipſa eternitas ſemper intuebitur vt tulit
ad ceſarē in oratione ꝓ marcello vtar verbis vt hu-
ic principi glorioſo dicere ipſe poſſit qd̄ cicero de lau
de ceſaris teſtabatur quis eſt enim ille aut nobilita-
te aut probitate aut optimaꝝ artium ſtudio aut inno
centia aut vllo laudis genere preſtantior nulla nem
pe ſcribendi aut dicendi tanta vis tātaq; copia q̄rum
dicam exornare ſed enarrareſ res geſtas ſuaſ poſſit qs
laudes tuas enumeret ꝓfecto nemo hic princeps ma
gnificentiſſimus de plenitudine enim ſua omnes ac
cipiunt diui clementis eiuſq; magnificentie ⁊ veſti-
gia imitatuſ eſt nihil q̄nq̄ liberale pretermiſit Qui
nimo elapſa illa die qua liberalitate non fungeretur
quaſi cum quodam lacrimabili merore ſolitum dice
re Narrat eutropius hodie diem perdidi ⁊ vt breui
ter ipſe dicam de eo eiuſq; ꝓſapia per os pſalmiſte
dominꝰ loquebatur ⁊ deceriſſimus dn̄ſ noſter veriſ
ſime dicere ipſe poſuit poſui adiutorium in potente
⁊ exaltamus electum de plebe mea inueni Dauid ſ
uum meum oleo ſancto meo vnxi cum manus mea
auxiliabitur ei ⁊ brachium meum confortabit eū Ni
hil ꝓficiet inimicus in eo ⁊ filius iniquitatis nō ap
ponet nocere ei.Et concidam a facie ipſius inimicos
eiꝰ ⁊ odientes eū in fugam conuertam ⁊ veritas mea
⁊ miſericordia mea cū ipſo ⁊ in nomine meo exalta
bitur cornu eius.Et ponam in mari manū eiꝰ ⁊ in flu
minibuſ dexteram eiuſ ipſe inuocabit me pater meꝰ
es tu ⁊ ſuſceptor ſalutis mee.Et ego primogenitū po
nam illū excelſū pre regibꝰ terre ineternū ſeruabo il
li miſericordiam meam ⁊ teſtamentū meū fidele ip
ſi ⁊ ponam in ſeculū ſecl̄i ſemen eiꝰ ⁊ tronū eiꝰ ſicut
dies celi.

¶ Poſtremo reſtat videre de robore efficatia im
portantia effectu capſoꝝ frequens in cōſtācien̄.⁊ quo
niam freq̄ns,in Baſilien̄.concilijs hactenus editoꝝ
ſuper quibꝰ baſilien̄.ſinodꝰ de trangreſſionibus mul
tiplicibus contra dominū noſtrū facit omnimodū fū
damētū ea potiſſima ratione q: ſanctitas ſua in adhe
ſion̄.quā fecit illi ſynodi baſilien̄.decretū illius capi
tuli quoniam frequens per autea contra romanū pon
tificem dicitur confirmaſſe.Et q: omnia ad id referū
tur vnde vim formam ⁊ originem.ff.ad fal.l.iratōe
§.ſi.filio ver.ōt omnes opeſ patris.Et cauſa ſecūda
tantū operaſ q̄tū a prima ſibi influiſ ⁊ non vltra de
lega.ij.l.peto.§.prediū idcirco vt ꝓſequutio huius
dubij clarior relinq̄ſ aduertendū eſt ⁊ plenius conſi
derandū q̄ hec duo capitula ⁊ decreta edita in con-
ſtancien̄.⁊ baſilien̄.concilijs facta fuerūt per dicta cō
cilia non preſidente papa preſentaliter in altero pre
dictoꝝ licet in baſilen̄.concilio legatus eius nomine
prefuiſſet q: inter hec facto magnam differentiam qr
qn̄ papa perſonaliter preeſt cōcilio nō poſſet decreta cō
cilij ſimul cum eo ⁊ eius conſenſu ⁊ auctoritate edi
ta irritare ſecus ſi prefuiſſet ꝑlegatum eius nomine
deputatum q: in hac legatione non veniret vt poſſet
conſentire decretis fiendis qbus confunderetur pa-
palis iuriſdictio ⁊ q̄ papa concilio obedire teneatur
captata cauſa q: ea decreta reſpiciunt reformatiōne
eccle. in capite vel i membris q: in quocūq; genera
li ⁊ ſpeciali mandato ſemper intelligiſ excepta per-
ſona loquentis ⁊ vt auctoritas ⁊ dignitas conſtituen
tis confundi vel ſubprimi non poſſit per ipſum con-
ſtitutum vt latius infra dicetur Et incipio ab ea par
te.c.frequens in conſtancien̄ concilio decretati vt ni
hil remaneat in hoc prato ſpinoſum.C.de vet.iur.
enuc.l.i.§.hec etiā vt demus lectoribus hac in portū
de preben.c.deus qui.§.apoſtoli cuius verba hec ſūt

ipſa ſynodus i ſpūſancto legitime cōgregata eccleſiā
repreſentans poteſtatem ⁊ xp̄o immediate habet
cui quilibet cuiuſcūq; vel dignitatis etiā ſi papalis
exiſtat obedire tenetur in his que reſpiciunt ad fi-
dem ⁊ extirpationem predicti ſciſmatis ⁊ ad genera
lem reformationem eccleſie dei in capite ⁊ in mem-
bris item declarat q̄ quicunq; cuiuſcunq; ſtatus ēt
ſi papalis exiſtat qui mandatis ſtatutis ſeu ordinatō
nibus huius ſancte ſynodi ⁊ cuiuſlibet alterius legi
time congregate ſeu pertinentibus ad ea factis ⁊ fie-
dis contumaciter obedire contempſerit niſi reſipuerit
condigne penitentie ſubiciatur ⁊ debite puniatur ēt
ad alia iuris ſubſidia recurrendo.¶ Hoc idem ali
quibus tamen additis in vndecima ſeſſione Baſili
eū.ſynodus declarauit cuius decreti verba hec ſunt
Quoniā generalium concilioꝝ celebratio frequēs agri
dn̄ici precipua cultura vniuerſalē ſtatum eccleſie
concernit ideo ſumma cum diligentia intendendum
eſt vt cūctis obſtaculis que tam ſalubrem inſtitutiōē
impedire poſſent accurate obuietur inherens ergo
hec ſancta ſinodus ordinationi concilij conſtancien̄.
que incipit frequens cupienſq; ne ſcandala que pro
dolor diebus noſtris contigerunt futuris temporibꝰ
in pniciem eccleſie repululent ſtatuit ⁊ decernit vt
romanus pontifex qui primus in vinea domini labo
rare ⁊ alios ſuo exemplo ad laborandum trahere te
netur per ſe vel legatum de latere aut legatos eligē
dum vel eligendos de conſilio ⁊ aſſenſu nō anuicula
ri ouarum partium cardinalium in concilijs genera
libus debeat intereſſe necnon omnes ⁊ ſingulariter
perſone eccleſie que de iure vel conſuetudine in ge-
neralibus concilijs adeſſe debent deinceps ad ipſa
generalia concilia cum vigore ipſius conſtitutionis
frequens in dicta q̄ huius ſacri concilij baſilien̄.indi
cenda aut alterius futuri legitime congregati aucto
ritate inducenda ſine alia vocatione venire perſona
liter aſtringantur niſi legitimo detineantur impedi-
mento quo caſu perſonas idoneaſ cū ſufficienti mā
dato deſtinare teneantur Quod ſi ipſe romanus pō
tifex ⁊ alie predicte perſone hec facere neglexerint
aut ipſuꝫ concilium quoquomō de facto impedire
mutare ꝓrogare diſſoluere operam dederint ⁊ infra
quattuor menſeſ cum reali ſatiſfactione non re-
ſipuerint.Ex tunc romanus pontifex a papali ⁊ pre-
dicte perſone a ſuaꝝ dignitatuꝫ adminiſtratione ſint
ipſo iure ſuſpenſe quequidem papalis adminiſtratō
ad ſacrum concilium ipſo iure deuoluatur Quod ſi
penas predictas per duos menſes poſt dictos quat-
tuor animo ſuſtinuerint iudicato contra romanū pō
tificem ac perſonas predictas vſq; ad priuationem i
cluſiue per concilium generale ꝓcedatur.

¶ Viſis ergo tenoribus decretorum ſupraſcriptorū
vt apponatur in omnibus que nuperrime ꝑreuocātur
in dubium gladius ad radicem de pluribus eſt vidē
dum.¶ Et primo de robore ⁊ effectu dictorum ca
pitulorum frequens ⁊ quoniam frequens an ⁊ quo
caſu habeant papam ligare ⁊ an dictorum capituloꝝ
decreta abſq; ſpecialiſſima approbatione apoſtolica
ipſum ligent ⁊ debeant valida reputari.¶ Pro cu
ius onbij explanatione vlteriori premittenda ſunt
aliqua i materia cōciliorum que forte non omnibus
ſunt nota.Et primo dico q̄ adeſſe concilij eſt q̄ ſit ca
nonice inſtitutum ⁊ canonice congregatum ⁊ q̄ agē
da ſint de primis veritatibus.xxv.q.i.c.que ad per-
petuā.Et nūc dicit legitime celebratū qn̄ ſit de mā

dato pape ſummi pontificis ipſo interueniente vel a
lio de eius ſpeciali mandato iuxta id quod legitur ⁊
no.in.§.porro.iij.di.⁊.xvi.di.c.ſexta ſynodus circa
prin.⁊.xvij.di.c.i.⁊.ij.Et clarius inter geſta ſyma-
chi in libro conciliorū.c.ix.¶ Item ſciendum qd̄ i
congregatione conciliorum ſemper interfuerunt im-
peratores,priſcis temporibus vt patet in.c.canones
xv.di.vt enim ibi habetur prima ſynodus conſtanti
no auguſtero imperante pacta eſt.¶ Secunda ſub
Theodoſio ſeniore ¶ Tertia ſub iūiori theodoſio
¶ Quarta ſub marciano principe patet hoc etiam in
concilio congregato ad mandatum regis theodorici
vt iudicaret de his que pape Simaco dicebantur
ipingi.xvij.di.§.hinc etiam.¶ Quinimo in mirabi
lia inueniuntur antiquitus per imperatores concilia
conuocata vt patet in trāſcurſu tripartite hiſtorie et
martiniā.cronice ⁊ in li.conciliorum ad hec.xvij.
di.c.habeo librum conſe.vſq; ad fi.di. Nec alia ra-
tione imperatores antiquitus concilia congregabāt
niſi quia eccleſia tunc non erat in poteſtate ſua diuer
ſitates patiebatur nec audebat congregare vt pꝫ in
primo.c.concilij affricani.xv.di.c.i.vnō ſtatim eē ec
cleſia potuit hec corrigere non per principes ſed per
ſe concilia conuocauit Et aliquando per imperatoreſ
precipiente eccleſia aliquando ipſa rogante ⁊ poſtea
ipſa auctorante aliquando ipſa ratificante vt patet.
xvij.di.per totum ⁊ maxime in.§.hinc etiā ⁊ aliquā
do conſultu imperatoris ⁊ preſentia vt in prin.calce-
don̄.concilij Sic ⁊ aurbiocenum congregatum fu
it in geſtis aurbio.concilij capitulo primo et in ge-
ſtis Siluestri pape.c.ſecundo cum ſi.¶ Item ſciē
dum q̄ papa negligente ⁊ nolente concilium conuo
care ad locum idoneum pro aliqua cauſa ardua imi
nenti poteſtas congregandi concilium ſpectat primo
ad dominos cardinales qui poſt papam ſunt maiores
clerici alijs quibuſcunq; ar.eiꝰ qd̄ legitur ⁊ no.in.c.
i.de maio.⁊ obe.per Inno.⁊ quia cenſetur vnuꝫ cor
pus cum eo.ar.vi.q.i.c.quiſquis cum militibus qua
ſi ſede vacan̄.videtur ad eos talis poteſtas ſpectare
de maio.⁊ obe.c.cum olim cum ſi.¶ Secundo ad
conſtantinopolitanum patriarcham quia eccleſia cō
ſtantinopolitana poſt romanam optinet primam ſe-
dem de priuil.c.antiqua.xxij.di.c.ij.⁊.c.de conſtan-
tinopolitan̄.⁊.xvij.di.c.nec licuit ⁊.c.ſe.iuncta ſupra
ſcriptione vel dici poteſt ſpectare ad imperatorē ar.
xxi.di.c.nunc autem ⁊.xv.diſtinct.capitulo .i.⁊.ca
pitulo ſancta romana ⁊.xvi.di.c.ſexta ſinodꝰ vel ad
reges.ar.lxiij.di.c.adrianus ⁊.xvij.di.§.hinc etiā
vel ad principes.xxiij.q.iiij.c.ſicut excellentiam et
facit eadem cā ⁊ queſtione.c.non inuenitur ⁊.c.ſi is
qui ⁊.ij.q.v.c.princeps ⁊ qd̄ legitur ⁊ no.i c.de.vnica
de baptiſmo.¶ Et predicta omnia intelligo papa ex
iſtente catholico negligente ⁊ nolente tamen pro ali
qua cauſa ardua imminenti concilium congregare
Nam licet ad papam ſpectet concilium conuocare cu
ius auctoritate conciliorum ſtatus firmantur.xvij.
di.c.multis ⁊ per totā illam diſtinc.⁊.c.generalia ⁊
c.de concilijs ⁊ no.in ſpecu.de legato §.ſupereſt vi-
dere ver.ſed nunquid legatus cum remiſſionibus ⁊
in.c.grē.de preben.Sꝫ eo negligēte ⁊ nolente ꝑ ali
qua cauſa ardua imīente cōcilium cōgregari tūc vt
dixi poteſtas cōgregandi cōcilium primo ſpectat ad
dn̄os cardinales ſecūdo ad cōſtātinopolitan̄.patriar
cham tertio ad imperatorem quarto ad reges quin-
to ad alios principes ar.iurium predictorum in ne-
gligentiam enim vnius deuoluitur poteſtas ad aliū



VNiVERSiDAD
D SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

gradatim ar.c.cum in cunctis ad fi.de elec.⁊ de ꝓ̄ceſ.
ꝓben.c.ij.c.cuꝫ ſimus ⁊ de ſupple. negli. ꝓla.c.i. vel
forte prius deuoluitur poteſtas ad quēlibet ex patri
archis q̄ ad imperatorem vel alios predictos per id
quod legitur ⁊ no.in decre.antiqua de priuil.ℭ Ut
dicamus ꝙ due partes concilij poterunt in aliquo lo
co idoneo congregari ⁊ illi vocabunt alios iuxta no.
per Inno.in.c.ij.de no.ope.nunc.i glo.magna ⁊ hoc
videtur eſſe veriſſimum per ibi no.ℭ Si aūt due p
tes non reperiant congregate tunc ꝓcedit qꝺ ſuperi
us dixi. ℭ Ubi autem papa eſſet hereticus vel de
hereſi ſuſpectus non videtur ad eum primo loco ſpe
ctare poteſtas concilij conuocandi.xl.di.c. ſi papa et
ij.q.vij.c.ſi.ſacerdotibus primo ⁊ qꝺ ibi no.Tuncqꝫ
deuoluitur poteſtas concilij conuocandi ordine ſu-
praſcripto non repeto.ℭ Iuuat hunc articulum du
bitationis tetigiſſe quia forte poſſet in futurum con-
tingere vt cogitent peramplius illi patres ⁊ domini
qui erunt in cauſa ius dicturi. ℭ Rurſus ſciendum
ſuper quo mecum al' diſceptaui an ſolum epiſcopi ſu
periores an vero abbates vel alij ſint ad concilium
conuocandi ⁊ videtur primo dicendum ꝙ ſolum e-
piſcopi intereſſe debeant ⁊ ſint vocandi per id quod
habetur.xvij.di.c.i. ⁊.ij.xv.di.c.i.xvi.di. in.c. ſexta
ſynodus.⁊.c.ſe.xxiij.q.iiij.c.ſicut excellentia ibi con
cilium vero catholicoꝝ epoꝝ admoneri precipue ⁊c̄.
⁊.c.guilſarius ibi ſed cum epis quos congregare po
tui ⁊c̄.ℭ Secundo videtur ꝙ etiaꝫ abbates ſint vo
candi per id qꝺ habetur.lxiij.di.c.adrianus ibi reli
gioſis epis ⁊ abbatibus ⁊c̄.ℭ Tertio videtur ꝙ et
ſacerdotes per id qꝺ habetur xxv.di.c.i.in ver.quar
ta ſinodus.xvi.di.c.vltimo.⁊.§. hinc etiam. ea. di.
item etiam omnes prelati vt in.c.fi.de maio.⁊ obe.
item videtur ꝙ etiam imperator ſit vocandus per
id qꝺ habetur in preallegato.c. adrianus ⁊ dicto.c.
ſexta ſynodus ⁊.xxi.di.c.nunc autem ⁊.ij.q.v.c. mā
daſtis.Quid dicemus videtur in hoc articulo di
cendum eſſe ꝙ ſolū epi ⁊ ſuperiores neceſſario ſint
vocandi vt no. Inno.⁊ Io.an.in.c.gratie de preben.
faciat.xviij.di.c.epus non debet ⁊.c. propter ⁊.c.nō
oportet cum capitulis ſequē.⁊ qꝺ habetur quaſi per
totam illaꝫ diſtinc. Nec obſtat iura ſuperius allega
ta quia fateor ꝙ in poteſtate pape congregantis con
cilium eſt congregare etiam abbates ⁊ alios predic
tos ſi vult per iura predicta ſed non eſt neceſſitas ſi
nō vult per iura primo allegata ⁊ per id qꝺ ſuperius
dixi poſſet etiam dici ꝙ q̄uis iura illa dicāt de ſacer
dotibus intelliguntur de epis ar.c.ij.de pecu.cle.⁊ ſic
exponit glo.in.c.vltimo.xvij.di.item certum eſt ꝙ
hodie non tenetur neceſſario vocare principes vel i
peratorem per dictum.§.hinc etiam.xvij.di.⁊ per il
lud qꝺ legitur ⁊ no.xxiij.di.§.verum poteſt tñ ſi vult
⁊ videat expediens eſſe ad ſcandala vitanda per iu
ra ſuperius allegata ⁊.lxiij.di.§.verum principibus
⁊.c.ſe.ℭ Occurrit vlterius excitandum an papa tene
atur neceſſario omnes epos orbis ⁊ ſuperiores con
uocare intelligendo de catholicis per id qꝺ habetur
in.c.cum quibus.xxiiij.q.iii.Et per id qꝺ ſuperius
dixi videt ꝙ ſic per id qꝺ habetur .xvi.di.c.i. circa
prin.ibi ſub hec etiam ſancti patres in concilio nice-
no de omni orbe terrarum conuenientes ⁊c̄.⁊ quia i
concilio ꝓuinciali omnes epiſcopi ꝓuincie ſunt vo
candi vt ꝓbr̄ in.c.i.⁊.c.pp.el primo.⁊ ſecūdo.xviii.
di.⁊ quaſi per totam diſtinc. faciat decre. ſicut olim
de accuſa.ergo eodem modo in concilio generali
omnes epi orbis catholici ſunt vocandi quia ipſe pa
pa dicitur archiepus orbis.xxi.di.in fi.⁊ ꝓuincia e
ius dicitur vniuerſitas orbis de decimis.c.tua nos.
Et hoc ſatis videtur iuſtum p̄ſertim vbi agitur de
maximo preiudicio ⁊ de re ardua facit qꝺ legitur ⁊
no.xix.di.c.anaſtaſius ⁊.xxi.di.c.nunc antē ⁊.xvii.
di.in ſumma hoc etiam ſatis videtur de mente glo.
i.c.ſicut.xv.di.in verbo preſumunt dum dixit ꝙ or-
bis maior eſt vrbe intelligit enim per orbem epos
orbis vt patere poteſt recte intuenti ad ideꝫ qꝺ no.
xx.q.iij.nemo.ℭ Quid dicendum dubito malo eni
ſic loqui q̄ alterum incōſulte ⁊ temerarie affirma-
re.vi.q.i.c.quero in fi. Nam inuenio concilia gene-
ralia in diſpari numero dudum facta ⁊ celebrata vt
patet.xv.di.c.i.vbi patet ꝙ q̄nqꝫ i numero.cccxviii.
epoꝝ quandoqꝫ in numero.cl.q̄nꝫ in numero.cc.q̄nꝫ
i numero.ccl.faciat.xvi.di.c.ſexta ſynodus ⁊ ſic vi-
detur ꝙ non neceſſario omnes epi orbis ſint vocan-
di poſſet forte dici ꝙ fuerunt omnes conuocati tamē
nō omnes interfuerunt vel quia nō fuerunt catholici
quos neceſſe non eſt vocari vel non potuerunt veni
re impediti ar.xviii.di.c.non oportet ⁊.c. quoniam
quidem ⁊.c.epus ad ſynodum.ℭ Satis videtur ꝙ
vbi non agetur de fide nec de facto pape poſſet nu-
merus relinqui arbitrio ſummi pontificis nam conci
lium generale videtur illud qꝺ pape mandato con-
gregatur ipſo intereſſente vel alio eius nomine de e
ius ſpeciali mandato iuxta id qꝺ legitur ⁊ no. in.§
porro.iii.di.⁊.xvi.di.c.ſexta ſinod' circa pri.⁊ .xvi
di.c.i.⁊.ii.⁊ in ſumma Nec curandum videtur ꝺ di
minuto numero prelatorum per illud verbum xp̄i d'i
ſcipulis ſuis dictum vbi duo vel tres in nomie meo
fuerunt congregati ego in medio ſum.i.q.i.c.cuꝫ ſcri
ptura.xxiiii.q.i.c.alienus .ℭ Oſtendendo nō multi
tudini de precantium non multum plurimum tribui
ſi duo inquit ex vobis conuener int in terra ⁊c̄. dn̄s
enī de eccleſia ſua loquitur ad ⁊ hos qui ſunt in ec-
cleſia loquitur vt ſi ipſi concordes fuerint ſecundum
ꝙ mandauit aut monuit duo aut tres collecti vnani
miter orauerint licet duo aut tres ſint impetrare poſ
ſunt de dei maieſtate qꝺ poſtulant vbicunqꝫ duo aut
tres collecti in nomine meo ego inquit cum eis
ſum cum ſimplicibus atqꝫ paratis cum deum timen
tibus ⁊ dei precepta ſeruantibus cum hiis licet duo
bus vel tribus eſſe ſe dixit quomodo cum tribus pu
eris in camino ignis fuit Et quia in deum ſimplices
atqꝫ inter ſe vnanimes permanebant flāmis ambian
tibus medios ſpū roris animauit ℭ Duo apoſto
lis duobus in cuſtodia clauſis quia ſimplices ⁊ quia
vnanimes erant ipſe affuit quoniam ergo in precep-
tis ſuis ponit ⁊ dicit vbi fuerint duo vel tres collec
ti in nomine meo ego cum eis ſum Non homines
ab eccleſia diuidit qui inſtituit ⁊ fecit eccleſiam ſed
exprobans diſcordiam pacem ſuam voce commen-
dans pluſqꝫ ipetrari poſſe paucorum concordi pce q̄
diſcordioſa oratione multoꝝ verba fuerunt ad litte
ram beati cipriani ad nouatianum epiſtola ſua.viii.
De iure autem ꝙ epi faciant conciliuꝫ habetur.xv.
q.vii.c.i.⁊ ꝺ elec.c.i.de poſtulat.ꝓla.c.ii.ℭ Itē quo
tempore concilia inceperunt dic ꝙ tempore melchiſ
ſedech.xiii.q.i.c.placuit per archi.itē quāto ipe debe
at ſtare concilium ⁊ in loco morari habetur.xviii.
di.c.pp eccleſiaſticas illud pretermiō nō eſt ꝙ ſi om
nes epi vocati non veniant male faciunt ⁊ peccāt vo
cati ſi iuſto impedimento ceſſante non veniūt.xviii.
di.c.non oportet ⁊.c.epus ad ſinodum ⁊.c.placuit ⁊
c.ſi quis autem cum duobus capitulis ſe.Quinimo
penam excōis incurrunt.xi.q.iij.c.incertum ⁊ ſi ad-
ſit impedimentum mittere tenetur excuſatorem ali
quem vt dicto.c.epus non debet et.c.placuit videtur
tamen ꝙ concilium reſideat penes vocato venien
tes ar.eius qꝺ habetur.xxij.q.iiij.c.guilſarius ibi cū
epiſcopis quos potui ⁊.c. ⁊ eius qꝺ legitur ⁊ no.in
ſe.de elec.c.quia propter ⁊ co.ti.c.cū nobis oli ad pri.
ibi qui ad electionem faciendam accedere noluerūt
alienos ſe feciſſe videntur ⁊c̄.facit qꝺ habetur in pre
alle.c.epus ad ſynodum cum ſe.ℭ Sane ⁊ ſi plus i
petrari poſſit a dn̄o paucorum concordi pce q̄ diſcor
dioſe ratione multoꝝ auctoritas verborum domini
atteſtatur ſi duo vel tres congregati fuerint vt dixi i
ſuperioribus tamen quando de fide agetur ⁊ ſciſma
tibus extirpandis quia cauſa eſt cōis omnibus xp̄i
deuotis ⁊ oēs tangit ab omnibus epis orbis catholi
cis tractari ⁊ terminari deberet ⁊ ipſos debere ad cō
ciliuꝫ conuocari quia qꝺ omnes tigit ⁊c̄.l.vi.di.c.
i.de hiis que fiunt a ma.par.ca.c. vltimo reſidebit tñ
concilium penes vocatos venientes vt dixi ⁊ ſalteꝫ
ſi inter ſunt due partes omnium epoꝝ ⁊ ſuperiorum
orbis per id qꝺ legitur ⁊ no.in.c.i.de hiis que fi. a
ma.par.ca.per Io.an.ff.ꝙ cuiuſqꝫ vni no.l.nulli ⁊.l.
plañ.⁊ per Inno.i.c.cum nobis olim in glo.mag.cē
fi.de elec.vel forte videretur ſufficere ſi maior pars
interſit ꝑ no.ꝑ compo.in decre.c.quia propter in ver
bo vt maior de elec.⁊ ar.ff.ad municip.l.qꝺ maior
⁊ eius qꝺ no.glo.in.c.fi.de maio.⁊ obe.in glo.ar.ꝙ
preſentes ver.idem credo vel forte videretur ſuffice
re ſi interſint.d.epi per id qꝺ legitur ⁊ no.xv.di.c.i.
ver.ſancta ſynodus in hoc articulo queſtionis aliter
nō.ſi ergo fides ſed dico ſimpliciter cogitandum cē
alioꝝ determinationi peritiori me ſubmittens ⁊ ve-
lud agnus coram tondē te non aperiam os meum de
pe.di.ij.c.ſi eſt inquit ad fi.cum paratus ſim etiam
ab āniculo edoceri.xxiiij.q.i.c.i.

ℭ Redeo igitur ad thema noſtre prepoſite queſtio
nis . Ne parentheſim faciam longiorem ⁊ videtur
probabiliter poſſe dici ſanctiſſimum dn̄m noſtruꝫ po
tuiſſe licite impetiri ⁊ contra eum ꝓcedi ꝑ dicta baſi
lieñ.ſinodum ꝓ tranſgreſſionibus ſerioſius recita
tis in factis monitoriis ⁊ citationibus contra eum
⁊ diſſolutionem illius concilii ſubſecutā ⁊ illius tran
ſlationem factam per eundem dn̄m noſtrum ad fera
rie ciuitatē tñ quia in reſpicientibus reformationē
eccleſie in capite ⁊ in menbris ipſe apoſtolicus conci
lio obedire tenetur ⁊ ſic vt traſgreſſor decretoꝝ edito
rum per illam ſinodum generalem cum non reſipue
rit infra terminum aſſignatum puniri poterat per il-
lud concilium etiam ad alia iuris remedia recurren
do eſt enim notum ſatis ꝙ traſgreſſor canonū ſi hoc
fecerit in contemptuꝫ ⁊ illoruꝫ obſeruantiam poſter
gauerit quia ſic ſibi placuerit ē merito deponēd' vbi
autem illa decreta ⁊ canones tranſgreſſus eſſet cre-
dens ſacra illa concilia conſtancieñ.⁊ baſilieñ. vni-
uerſalem eccleſiam repreſentantia non habere pote
ſtatem illa decreta ⁊ canones que fecerunt cōdendi
vt hereticus eſt ſplectendus vt plene leguntur ⁊ ꝓ-
bantur de elec.c.generali li.vi.in glo.contrafaciens
cum remiſſionibus ibi poſitis ⁊.iiii.di.§.fi.xix.di.
nulli fas.faciat qꝺ no.ꝺ treu.⁊ pace.i.i.Et forti' puni
nitur tranſgreſſor ꝓmiſſionis iurate.xxiiii.q.i.c. non
afferamus de iureiurando.c.debitores tum etiaꝫ qr
non licuit pape concilium diſſoluere vel mutare et
ad aliū locum tranſferre citra penas de quibus i.c.
quoniam frequens vbi de ſuſpenſione a pontificali
adminiſtratione ad concilium deuoluenda ⁊ de pri
uatione ſpecifice continetur caſus eſt in terminis in.
c.frequens ⁊.c.quoniam frequens ſuperius allegatis
in quibus hec omnia ſunt clariſſime diffinita quorū
capituloꝝ diſpoſitioni ⁊ obſeruantie per expreſſum
eſt apoſtolicus obligatus ⁊ obedire tenetur ac etiaꝫ
in ſpectantibus ad generalem reformationem eccle
ſie in capite ⁊ in membris vt in dictis capitulis eſt
expreſſum que decreta ⁊ capitula in adheſioñ quā fe
cit baſilieñ concilio ipſe apoſtolicus nedum confir-
maſſe ſed feciſſe videtur ar.l.i.C.ꝺ vet.iure enucle.
vbi qui auctoritatem rei acomodat ipſam rem feciſ-
ſe videtur ⁊ videt expreſſum .xvij.di.§.hinc etiā fa
cit de priuil.c.antiqua roborantur enim auctoritate
pape huiuſmodi perantea ſtatuta concilij ex quo cō
cilio inheſit ⁊ per conſequens approuauit.xvij.di.c.
concilia quia approbando concilium non poteſt a mō
geſta in concilio inprobare vt in Re.c. qꝺ ſemel li.vi.
⁊.iiij.q.ij.c.ſi.⁊ qꝺ ibi no.archi.de elec.c.cuꝫ victo
riñ.⁊ qꝺ.no. Inno.de except.c.veñ.facit.viij.q.ij.c.
dilectiſſimi per archi.xx.q.ij.c.ꝓcliuus.ff.de aqua
plu.arcē.l.in omnem quorum lega.l.i.§.ꝓdeſt.C.ꝺ
actio.⁊ obli.l.ſicut Sic ⁊ non poſſum reprobare mo
res quos primo approbaui de fil.preſbi.c. veniens.
v.q.v.c.horrendus ⁊ papa approbando concilium ⁊
ei in herendo ꝙ qui totum qꝺ in eo factum erat ac ē
faciendum approbaſſe videtur tex.ſin.ff. de manu-
miſſio.l.gaius facit.ff.C.cer pe.l.cuꝫ fundus.§.ſeruū
tuum ipſudens.ff.de pac.l.ſin autem ⁊ glo.ſin.C.de
pac.l.iij.in glo.fi.in fi.confirmatio. nanqꝫ concilij ⁊
inheſio illi facta ꝑ papam operatur vt geſta ⁊ geren
da in concilio valeant que alias eſſent nulla.xvi.q.i.
c.placuit pro hoc qꝺ ſcribit bal. in.lege.adoptio non
iure facta .ff.de adoptionibus ⁊ in. lege illam.C.
de teſta.mañ.⁊.C.de rerum pmu.l.ex placito item
confirmatio opatur vt non poſſit de cetero actus in
dubiuꝫ reuocari iuxta no.in.l.cirografis.ff.ꝺ admi.
tuto.⁊ in.c.ſi.de fi.inſtru.Et confirmando conciliuꝫ
⁊ ei inherendo videtur i illud traſferre omnē pleni-
tudinem poteſtatis ⁊ ipſe per illud concilium decre
tata facere dicetur quia dat videtur qui confirmat
iuxta no.ꝑ bal.ff.ꝺ iuriſdictō.iudi.l.more ⁊ ibi dici
tur ꝙ confirmatio trahitur retro Et idem dixit in.l.
ius ciuile.ff.de inſti.⁊ iure ⁊ in.l.de quibus.ff.de le
gibus ⁊ in dicta.l.ex placito.C.de rerum permu.
ℭ Item quando papa confirmat videtur defectum
ſupple ex certa ſcia faciendo Inno.de religio.do.c.
conſtitutus de tran.c.veniens in glo.i.de confirma.
vti.c.i.de preben.c.apoſtolice li.vi.ſuper verbo no-
ſcatur in glo.maxime q̄ñ in forma preuilegij taliſ cō
firmatio facta eſſet vt dictis iuribus ℭ Quinimo cō
cilium auctoritate apoſtolica confirmatuꝫ habet ſta
tim auctoritatem ⁊ poteſtatem adminiſtrandi ſpiri-
tualia pleno iure ſecundum hoſti.⁊ Inno.i.c.ex traſ-
miſſa de elec.ℭ Amplius concilia dederunt ꝓpria
tum eccleſie.iij.q.vi.c.dudū.xvij.di.§.hinc de elec.
c.ſignificaſti ⁊ per ipſum concilium vniuerſalis rep̄
ſentatur eccleſia que nil aliud eſt q̄ congregatio fide
lium de conſe.di.i.c.eccleſia.Et cum ipſa errare non
poſſit vt dicit aug.ſuper illo verbo.Ego oraui pro te
o Petre vt non deficat fides tua ⁊ no.xxiiij.q.i.c.
a recta.xv.di.⁊ notandum decretis hui'mōi conci-
liorum eſt firmiter inherendum Nam quecunqꝫ ſy
nodus ſancta ſtatuit ⁊ decreuit nullus opinionibus
contrarijs ſeu retractionib' ſunt ſubiecta ſed ſimpli

UNIVERSIDAD DSALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

citẽr ſunt ſeruanda vt ſanctiſſimoꝝ imperatoꝝ valen
tiani ⁊ martiani ſanxit auctoritas ſuper confirmatõe
concilij calcedoñ.lxiij.di.c.valentianus ⁊ in dubijs
eſt ſemper ad vniuerſalem eccleſiam recurrendũ.xi.
di.c.palam que eſſe dicitur vbicunqꝫ ſunt boni.xxi.
di.c.quis licet in ea ſint minus idonei.xxiij.di.c.i.⁊
per archi.de elec.c.vbi periculũ.§.ceterũ verbo ido
nee li.vi.Integrum eſt enim iudicium qḋ plurimoꝝ
ſententijs comprobatur dixit tex.in.c.prudentiã de
offi.de lega.⁊ per ampliores homines perfecta veri
tas reuelatur dixit tex.C.de fideiuſ.l.fi.ad fi.lxiiij.
di.c.extra eam ſententiam conſilium enim vniuerſa
lem eccleſiam repreſentans eſt illa ſedes que non hꝫ
maculam neque rugam.xxi.di.c.quis ⁊ ſpeculum
omnibus eſſe debet que tanq̃ magiſtra in omnibus eſt
ſequenda.xi.di.c.ſiquis in fi.xij.di.c.i.⁊.ij.xxij.di.
c.omnes conciliorum nãqꝫ poteſtas ex quacũqꝫ ter-
rena ſnĩa ñ cõſiſtit ſed ex illo.verbo quo celi ⁊ terra
firmati ſunt.xxij.di.c.i.⁊ qui ei de rogando in cõtra
rium loquitur hereticus reputatur.xxij.di.c.omnis
habet enim plenitudinem poteſtatis.iij.di.c.nullum
⁊ valet omnes iudicare ⁊ ð ipſa vniuerſali eccleſia
nemĩ eſt permiſſum.ix.q.iij.c.cũo.§.ſola.xvij.q.iiij.
c.nemini ⁊ ſic ſuper ſtatutis ⁊ conciliorum decretis
non licet alicui in contrarium diſputare ar.ad hoc.ff.
de iur.o.iudi.l.ſiquis id qḋ vex.ꝙ ſi dum ꝓponitur
⁊ eſt ratio quia vniuerſalis eccleſia ſemper cum ma
turitate agit.C.di.c.cõis vnde que non docet ſequen
da ſequi non cogitur de conſe.di.i.c.baſilicas.iij.di.
c.noſce.Nec vlli retractationi ſubicitur quod ſemel
ſancta ſinodus iudicauit.xxiiij.q.i.c.maiores noſtri
in rubro ⁊ ſic videtur ꝓbabiliter concludendũ apo
ſtolicum obligatum eſſe ad obſeruantiam dictoꝝ de
cretorum in concilijs conſtancieñ.⁊ baſilieñ editoꝝ
⁊ vt tranſgreſſor puniri poſſe penis in eiſdem ſpecifi
ce declaratis cum ⁊ eadem decreta decernant ipſũ
obedire debere concilio tam in hijs que cauſam fi-
dei reſpiciunt tam in languentibus ad reformationẽ
vniuerſalis eccleſie in capite ⁊ in membris ⁊ ſic vt
trãſgreſſor decretoꝝ editorum penis ſubiaceat de
quibus in eiſdem continetur capitulis ⁊ decretis qui
bus etiam iuſticia canonis ſuadente erat per ipſum
etiam obediendum per tex.ad hoc nobilem.x.di.c.
certum vbi tex.ad litteram ſic dicit.Certum eſt hoc
rebus veſtris eſſe ſalutarem vt cuꝫ de cauſa dei agit
iuxta ipſius dei conſtitutionem regiam voluntatem
ſacerdotibus xp̃i ſtudeatis ſubdere potius q̃ prefer-
re ⁊ ſacroſanc.per eorum preſides potius diſcere q̃
docere eccleſiaſticam formam ſequi non hinc huma
niter obſequendo iura preficere neqꝫ eius ſanctioni
bus velle dominari quibus deus voluit clementie
tue pie deuocatõis colla ſubmittere nedum menſura
celeſtis diſpenſationis exceditur eatur in contu-
meliam diſponentis ſic ⁊ imperator non intendit
de rebus ſpiritualibus que decorẽ eccleſie reſpiciant
aliquid differre in epiſtola iter claras de ſum.tri.xx-
vi.di.c.cum ad verum ⁊ in.c.eccleſia ſicut mõ de cõ
ſti.¶ Nec videtur poſſe apoſtolicum ex quo inheſit
concilio ⁊ per conſequens decreta illa per prius edi
ta confirmauit poſſe contra diſpoſitionem dictorum
decretorum modo aliquo attemptare tã in non volẽ
do ſeruare conſtitutiones ⁊ canones in eodem conci
lio ꝓmulgatos reſpicientes reformationem eccleſie
in capite ⁊ in membris q̃ etiam in diffinitione illius
concilij facta ⁊ ad alium locum traſlatioñ ſequuta q̃
vt dixi inherendo concilio decreta eiuſdẽ maxime

per antea edita ante adheſionem factam confirmaſſe
videtur ⁊ ſe ſubieciſſe mandatis illius concilij qui-
bus ex tenore decretoꝝ p̃ſcõꝝ apoſtolicus obedire te
netur tam in reſpicientibus fidem q̃ in reſpicientibꝰ
reformationem eccleſie in capite ⁊ in membris eſt.n.
notum ſatis ꝙ papa poteſt ſe ſubicere iudicio alioꝝ
vt patet.ij.q.vij.c.nos ſi incompetenter in tex.⁊ glo.
lxiij.di.c.in ſynodo.xl.di.c.ſi papa in glo.ix.q.iij.c.
nemo in tex.⁊ glo.

¶ Sed premiſſis nequaq̃ obſtantibus teneo ⁊ ꝓ ve
ritate aſſeuero ſanctiſſimum dominum noſtrum pro
trãſgreſſionibus eidem impoſitis nec etiam pro diſ
ſolutione illius baſilieñ.concilij impetiri ⁊ puniri
poſſe penis in ipſis decretis latius comprehenſis.
¶ Et pro huius dubii deciſione clariori aduertendũ
⁊ premittendum eſt ꝙ papa concilio dicitur eſſe ma
ior.xv.di.c.ſicut.xxiiii.q.i.c.qḋcunqꝫ ſtatuta enĩꝫ cõ
ciliorũ iterpretatur ⁊ tollit.xv.di.c.ſicut.xvii.di.c.nec
licuit de elec.c.ſtatutuꝫ.li.vi.de reſcrip.c.ſtatutũ.co.
li.⁊ in cle.ne rõani.§.ſane de elec.⁊.c.conſtitutioneꝫ
⁊.c.ſtatutum de ſen.exco.¶ Nec mirũ quia concilia
corrigit ⁊ inmutat vt dicto.c.ſtatutuꝫ ⁊ per doc.de e
lec.c.ſignificaſti vbi dicit Io.an.ſuper verbo robur
ꝙ pape ſententie ſtandum eſt ſi contradicat eccleſie
vel concilio.iiii.di.c.in iſtis.xv.di.c.ſicut in fi.
xix.di.c.pe.ix.q.iii.c.neo ⁊ ibi etiam dicit ideꝫ Io.
an.ꝙ ſolus papa ſine concilio vel eius parte poteſt i
terpretare ſtatuta concilii ad idem.xvii.di.c.nec li-
cuit nec mirum quia vt dixi illa immutat ⁊ corrigit
vt dicto.c.ſtatutum de reſcrip.ipſe enim ſolus habet
plenitudinem potãtis.xi.di.c.ii.ii.q.vii.c.qui ſe ſcit
de aucto.⁊ vſu.pal.c.ad honorem.i.q.vii.c.decreto.
⁊.c.qui ſe ſcit nec licet de papa alicui diſputare vł ab
eo appllare.xvii.q.iiii.c.ſi quis.ix.q.iii.c.cuncta nec
de ſedis apoſtolice iudicio alicui iudicare permiſſuꝫ
eſt aut illius ſententiam retractare propter rõane ec
cleſie primatum a criſto in beato petro diuinitus
collatum tex.xvii.q.iiii.c.nemini ⁊ cum pape au-
ctoritate conciliorum ſtatuta roborentur.xvii.di.c.
concilia poteſt illa reſoluere ⁊ abſoluere quod conci
lium male damnauit.ix.q.iii.c.cuncta per mundum
el primo vbi dicit litera ſed nec illa preterimus ꝙ
apoſtolica ſedes ſine vlla ſynodo precedente abſol-
uere quos ſynodus iniqua damnauit ⁊ damnãdi nul
la exiſtente ſinodo quos oportuit habuerit facultatẽ
Et hec mirum pro ſuo principatu quem beatus Pe
trus apoſtolus dñi voce ⁊ tenuit ſemper ⁊ retinebit q̃
canon editus fuit in concilio gelaſii pape quartus
capitulis ſequentibus¶ Eſt enim ſuper omne con-
cilium ⁊ ſuper omne ſtatutum vt dicto.c.ſignificaſti
de elec.⁊ ipſe eſt qui ſuperiorem non habet co.ti.c.
licet item facta pape excuſantur etiam ſi videantur
iniuſta.xl.di.c.i.Et licet papa faciat qḋ nobis videat
iniuſtum nihilominus eſt iuſtum.xxiiii.q.iiii.c.de
theriis papa preterea concilia congregat ⁊ congrega
ta diſiungit ⁊ diſiuncta congregat.xxv.q.ii.§.ſi ergo
ipſe enim ſolus poteſt de nihilo aliquid facere ⁊ de
aliquo aliud ar.de cõſe.di.ii.c.re vera ar.C.de rei
vx.acti.l.vna circa prin.no.glo.de tran.c.veniẽs alio
rum preterea cauſas deus hominibus tractandas cõ
miſit papã vero ſuo iudicio reſeruauit tex.ix.q.iii.
c.aliorum.lxxix.di.c.electionem.xxi.di.c.tantum.
¶ Amplius dicit tex.ꝙ nemo iudicabit primam
ſedem neqꝫ ab auguſto neqꝫ ab omni clero nec a re-
gibus neqꝫ a populo iudicabitur.ix.q.iii.c.nemo et

glo.ibi dicit ꝙ cõcilium papam iudicare non poteſt et
ſi totus mundus ſentiret in aliquo contra papam pa
pe ſentẽie eſt ſtãdum allegat de elec.c.ſignificaſti ⁊
xxiiij.q.i.c.hec eſt fides.¶ Nec dicat quis ꝙ conci
lium ſit iudex in cã pape vt no.ij.q.vij.§.item ſima-
cus ſub.§.item balabam ⁊.xvij.di.§.hinc etiam ver.
ad hec sereniſſimus.xl.di.c.ſi papa de re iudi.c.ij.li.
vi.in verbo concilium ⁊ per Io.an.poſt.archi.in.c.i
fidei fauorem de hereti.li.vi.ĩ nouella.q: illḋ veruꝫ
eo caſu quo priuata perſona eſt ſtatim enim qḋ ipſe
in hereſim incidit eſt omni dignitate exutus ⁊ conci
lium eſt iudex competens eo cãu.xvij.di.§.hinc eti
am ver.ad hec.ij.q.vij.c.ſimacus alias eſt.§.item ſi
macus alias eſt ſub.§.item ſi balabam in fi.quia or
bis maior eſt vrbe.xv.di.c.ſicut.⁊.c.nemo.xi.q.iij.
qḋ dicit ꝙ nemo iudicabit primam ſedem intelligit
de papa catholico ⁊ fideli.⁊ hoc habet pro indubita
to de papa viuente ſed ſi papa defunctus ð hereſi ac
cuſatur ſucceſſor eius eſt iudex competens nec expe
dit concilium conuocari vt patet ex his q̃ no.xxiiii.
q.i.c.i.¶ An autem de hrẽſi poſſit poſt mortem quis
perpetuo accuſari refert Io.an.poſt.Io.mo.in.c.ij.
de preſcriptio.li.vi.⁊ no.de hrẽti.c.accuſatus.§.i eos
li.vi.plus dicit Io.an.in dicto.c.in fidei fauorẽ quoſ
dam tenere ꝙ quis in concilio probetur contra papã
tale crimẽ hereſis non tñ papa damnabitur per con-
concilium ſed ipſe damnabit ſeipſum.xxi.di.c.nunc
autem ſed archi.quem ipſe ſequitur tenet contrariuꝫ
ꝙ concilium damnare poterit per dictuꝫ.c.ſi papa.xl.
di.ad fi.Et hꝫ hoc vt dixi pro indubitato de papa vi
uente q: ſicut veritas ipſius eſt ſalus hominũ ſic et
punitas ipſius cedit in damnationem innumera-
bilium perſonarum vt dicto.c.ſi.papa exiſtente ergo
papa catholico ipſe ſolus habꝫ plenitudinem poteſta
tis.xi.di.c.ij.cum ipſe ſolus ſit dei vicarius Math.
xvi.de re iudi.c.ad apoſtolice li.vi.Et ex premiſſis
ſcit liquido comptum concilium baſilieñ.non ha-
bere iuriſdictionem ⁊ poteſtatem contra papam ⁊ ip
ſius monitoria ñ officere eidẽ in ſui apoſtolatus iu
ditio in aliqua ſui parte.

¶ Nec habẽt premiſſe deciſioni obſiſtere dicta de-
creta conſtantieñ.⁊ baſilieñ.conciliorꝫ ꝙ in reſpicien
tibus reformationem generaleꝫ vniuerſalis eccleſie
⁊ cã fidei.papa debeat obedire mandatis concilijs ⁊
quia traſgreſſiones plurimas feciſſe dicatur circa ob
ſeruantiam decretorum iuriſtorum ꝑ illam ſynodũ
que reformationem eccleſie tangere videntur in ca-
pite ⁊ in membris ⁊ ſic vt trãſgreſſor canonuꝫ ⁊ de-
cretorum predictorum in contemptum dicti concilij
veniat deponendus per no.in.c.generali in glo.con
traſaciens li.vi.cum ꝯor.ſuperius ĩ hoc diſcuſſu ple
nius allegatis quia certe omnia iura loquentia ð pe
na tranſgreſſoribus canonum infligenda loquitur in
īferioribus nõ autem in papa qui licet peccet cãones
trãſgrediendo niſi fidem reſpiciant ex quibus poſſit
hereticus reputari tamen non deponitur ⁊ ſic debet
intelligi quod no.in dicto.c.generali ⁊.iiij.di.§.vlti
mo.¶ Plus videtur ꝙ licet papa non faciat ex cõ-
temptu tamen tranſgrediens.canones precepti.
qui reformationem eccleſie reſpicerent in capite
⁊ in membris diceretur peccare ⁊ ſic poteſt intelligi
quod habetur i.c.ij.de maio.⁊ obe.⁊ qḋ no.xi.diſtin
ctine capitulo quis autem ⁊ quod notat.archi.lx-
xxi.di.c.quicunqꝫ ⁊ ꝙ tangitur in.§.vltio.xxvi.di.
inquantum ſentit ꝙ veniens contra canonem precep

ti peccat licet non faciat in contemptum facit etiaꝫ qḋ
legitur ⁊ no.per glo.⁊ Io.an.⁊ Io.cal.in.c.i.ð treu.
⁊ pace.¶ Sed aduerte quia hoc eſſet verum quan-
do illi canones emanaſſent a ſuperiore qui haberent
poteſtatem ſecus ſi a concilio qḋ imponere legeꝫ pa
pe non poteſt vt eſt expreſſum.xvij.di.§.hinc etiam
⁊ ſi enim concilium habeat poteſtatem immediate
a xp̃o vt conciliorum conſtancieñ.⁊ baſilieñ.ſanxit
auctoritas hec tamen puto ſalua determinatione ro
mane eccleſie ⁊ dñi noſtri pape cui me ſubicio verũ
eſſe niſi quãdo apoſtolica ſedes vacaret ſicut fuit tẽ-
pore conſtancieñ.concilij in quo fuerat papa depoſi-
tus quia tunc caput concilij eſt xp̃us redemptor no-
ſter qui eſt caput corporis eccleſie ad colloceñ.primo
ſed papa catholico in eccleſia preſidente forte poſſet
aliud ſuaderi quia ipſe ⁊ nullus alius dicitur eſſe ca
put eccleſie quem dedit deus ſuper omnem eccleſiaꝫ
ad Ephe.c.i.i.q.i.c.cũ paulus.xxiiij.q.i.c.loquitur
ꝓ hoc quod no.glo.in.c.i.de ſciſma.li.vi.papa ergo
viuente ⁊ exiſtẽte catholico ſub dubio forte loquor
concilia videntur habere poteſtateꝫ ab ipſo papa me
diatam ⁊ ſolus papa habet immediatam a xp̃o quia
pape auctoritate conciliorum ſtatuta roborant.xvii.
di.c.concilia ſed papa ſolus habuit poteſtatem im
mediatam a deo ⁊ nõ a conciliis.xxi.di.c.quis.xxii.
di.c.omnes licet vario habuerit a conciliis vt dicit
glo.xvii.di.§.hinc etiam.¶ Amplius ⁊ ſi concilia
dediſſent primatum eccleſie romane iuxta no.iii.q.
vi.c.dudum ⁊ dicto.§.hinc etiam de elec.c.ſignifica
ſti ergo non poſſent illuꝫ primatum reſoluere vel a-
liter limitare ⁊ modificare quia quod ſemel placuit
de reg.iur.li.vi.⁊ in re.mutare ⁊ in re.decet li.vi.pa
pa namqꝫ Vrb.archiep̃us appellatur.xxi.di.in fi.⁊ ꝓ
uincia eius dicitur vniuerſitas orbis de decio.c.tua
nos item dicitur caput ⁊ cp̃us orbis.ix.q.iii.c.cunc-
ta ⁊ ipſe ſolus eſt dei vicarius math.xvi.de re.iud.
c.ad apoſtolice li.vi.¶ Quid plura ⁊ ſi ꝯcilia conſta
tieñ.⁊ baſilieñ.habeant poteſtateꝫ immediatẽ ⁊ for
cius ipſe papa qui dei viui vices gerit in terris vt ec
cleſia benefi.c.i.ver.porro de traſla.c.q̃to cui ⁊ deus
terreni ſimul ⁊ celeſtis iura commiſit imperii.xxii.
di.c.i.is enim apoſtolicus ab ipſo domino ſaluatoꝛ
noſtro obtinuit principatum dixit tex.xxii.di.c.ſacro
ſancta ⁊ patet ex verbo illo per dominum dicto pe-
tro tu es petrus ⁊ ſuper hanc petram edificabo eccle
ſiam meam vt dicitur in dicto.c.ſacroſanc.xxii.q.i.c.
rogamus bonus tex.xxi.di.c.in nouo ſibi enim in ꝑ
ſona petri dominus ligandi ⁊ ſoluendi tradidit po-
teſtatem eo.cã.⁊ ſe.c.quodcunqꝫ ligaueris ⁊ ſic vi-
detur papam conciliorum decretis ⁊ legibus non a-
ſtringi quia vt dixi a criſto ⁊ papa ⁊ concilium habe
ant poteſtatem vni de ipſius pape poteſtas decretis
conciliorum ſupprimi non potuit vel confundi quia
par In.parem non habꝫ imperium.l.nam magiſtra-
tus.ff.de iniur.vi.q.iiii.c.i.de elec.c.innotuit licet ĩ
veritate vt dixi concilium non poſſit.imponere legẽ
pape vt patet in.§.hinc etiam.xvii.di.⁊ papa eſt ma
ior concilio ⁊ cõciliorꝫ ſtatuta corrigit ⁊ imutat ⁊ fir
mat Io.an.i.c.ſignificaſti de elec.⁊ latius ſupra di-
xi.¶ Ideo ſtatutis in concilio ad eorum obſer-
uantiam non ligatur quia ipſe ſupra omne conciliuꝫ
⁊ ſupra omnia ſtatuta conciliorum ⁊ illa corrigit ⁊ ĩ
mutat ſecundum Io.an.in dicto.c.ſignificaſti ⁊ lati
us ſupra dixi Ideo verius eſt dicendum papam nõ
peccare ſi illorum ꝯciliorum canones noluerit obſer
uare q: ipſius ſnĩe ſtandum eſt ẽt ſi ꝯtradicat eccle-

ſie vel concilio ſecundum Jo.an.in dicto.c. ſignifica
ſti ſuper verbo robur ⁊ patet in.c.ſtatutum ꝺ reſcrip.
nec ſuperiorem habet in terra vt in.c.licet de elec. et
eius facta excuſātur etiā ſi videantur iniuſta.xl.di.
c.i.⁊ latius eſt in ſuperioribus replicatum. ¶ Et ex
his patet reſponſio ad.c.quoniam frequēs ſuper quo
ſynodus baſilieñ.fundauit ruinoſum palatium in a
rena quia certe ⁊ ſi tenor illius.c.ibibeat concilij diſ
ſolutionem ⁊ ad alium locum trāſlationem per apo
ſtolicum faciendam ⁊ penas imponat vſqꝫ ad priua
tionem ipſius dico ipſum apoſtolicuꝫ ex decreto hu
iuſmodi non ligari quo minuſ poſſit maxie ex legiti
ma cauſa illud diſſoluere ⁊ transferre ad alium locū
tum quia nullis conciliorum decretis ſeu legibus
apoſtolic⁹ eſt ſubiecitus vt patet.xvij.di.§.hinc etiā
⁊ firmat explicite Jo.an.in dicto.c.ſignificaſti ſepi⁹
allegato vbi concludit ꝙ papa ē ſupra conciliuꝫ ⁊ tꝫ
bal.in.l.reſcripta.C.de preci.impa.offe. ¶ Unde ſi ē
ſupra concilium ergo illud deſtruere poteſt pro pla
cito volantatis maxime legitima ⁊ neceſſaria cauſa
ſuadente vt infra dicetur. Nam quod principi placuit
legis habet vigorem.ff.de conſti.prin.l.i.in ver.prin
ceps ibi ſollemnitas ois.C.de teſta.l.omniuꝫ ⁊ vbi
ipſe eſt non dicitur quicꝗ dolo vel machinatōe ſini-
ſtra factū eſſe vt.l.probatoriaſ.C.de diuer.reſcrip.li.
xij.ergo vt ſuperior potuit claro iure concilium diſ-
ſoluere quia ſuperior dignoſcitur omnis qui inſtitu
endi ⁊ deſtituendi ius habet in auten.de deſen.ciui
ta.§.interiꝫ ⁊ no.bal.in ꝓhemio.ffoꝝ habet eni papa
vt ibi refert bal.claues dei ⁊ mundi claritatem iō ni
miꝝ ſi eſt maior concilio ſecundum cum item in pa-
pa eſt ſumma poteſtas nullis circūſpectis limitibus
ſecundum eum ⁊ ſubdit ꝙ habet plenitudinem pote
ſtatis ⁊ eſt totum continens auctoritate poteſtate ⁊
ordinatione ⁊ dicitur princeps eccleſie ⁊ primum lo
cum tenens de elec.c.cupientes ⁊ alios regit ⁊ a ne-
mine regitur conſilio tñ prudentum ſe regit ⁊ guber
nat.C.de legi.l.humanum ⁊ directe poſſidet iuriſdi
ctōnem in ſingulis generum ſecundum eum ibidem
item ſedes apoſtolica cunctis in orbe terrarum pre-
fertur eccleſijs.xi.di.c.quis ⁊ canon dicit.xix.di.c.
nulli fas eſt vel velle vel poſſe trāſgredi apoſtolice
ſedis decreta.plus dicit idem bal.in dicta.l.reſcripta
de preci.imp.offe.vbi ponit de poteſtate pape ꝺ qua
per inno.in.c.quod ſuper de voto.ꝙ cum papa tene-
at locum principis apoſtoloꝝ.xij.q.ij.c. videntes ꝙ
maior eſt pape auctoritas ꝗ ſanctorū.xx.di.c.ꝺ libeſ.
⁊.c.i.quod ipſe papa confirmat nemo infirmat.x.di.
c.ſi.⁊ nedum ꝙ poſſit concilium reſoluere ⁊ illud di
uideſ ⁊ ad aliuꝫ locum trāſferre ſed diuidit duces
mundi.x.di.c.lege ⁊ obſeruande ſunt leges ei⁹ ſicut
leges dei.x.di.c.palā iteꝫ papali approbationi eſt ſtā
dum.xix.di.c.ſi romanorum ⁊ vbi papa ibi vniuer-
ſalis ſynodus.xix.di.c.anaſtaſius.xviij.di.c.nec licu
it ⁊ profecto papa ꝑſumitur.xl.di.non vos ipſe eſt vi
carius yheſu xp̄i.lxxviiij.di.c.ſiquis ⁊ habet a deo
plenitudinē poteſtatis.lxxxij.di.c.ꝓpoſuiſti tum ēt
ꝙ papa nō potuiſſet ſe ſubicere iudici aliēo vt poſſit
eum deponere licet poſſit ſe ſubmittere reprehenſio
nibus aliorum non tamē vt ipſum deponere poſſint.
ij.q.vij.c.nos ſi in competenter per glo.⁊ per archi.⁊
no. Jo.an.de conſue.c.ad noſtram ⁊ patet explicite.
xxi.di.c.nec aūt vbi tex.ad hoc valde not.⁊ ſic debꝫ
intelligi qꝺ no.glo.xxi.di.c.i nouo ⁊.xl.di.c.ſi papa
in glo.⁊.ix.q.iij.c.nemo ⁊ fuit de mente bal.in.l.eſt
receptum de iur.o.iudi.vbi dicit ꝙ papa non poteſt

ſe ſubicere inferiori niſi in foro penitentie allēgat ꝗ
filij ſint legit.c.p vene.§.qꝺ not. ⁊.l. hn̄ azenoñ.de
quadri.preſcrip.⁊ eſt rō hꝫ cum quia poteſt in ꝓpria
cā ius dicere ⁊ ſubmittendo ſe facit non ſolum cōtra
ſuam iuriſdictionem qꝺ non poteſt in derogationeꝫ
ſue iuriſdictionis quod non poteſt facere ar.ff.de ar
bi.l.ſed.ſi in ſeruum.§.ſiquis iudex hꝫ odo. ¶ For
tificatur hec deciſio ratione quia dignitas papa-
lis eſt a deo inſtituta vnde per ipſum etiā met papā
ſupremi non poſſet.xxi.di.c.in nouo ⁊ cum dicta ſub
miſſio non fuerit in omnibus ſed quo ad quid in re-
ſpicientibus fidem ⁊ tangentibus reformationem ec
cleſie talis ſubmiſſio non valeret quia papatus eſt in
diuiſibilis ⁊ indiuiſibile ens trahit ad ſe non ens.l.
ſi is qui duos de libera.lega.de ſta.ho.l. impſ.cl.ij.
⁊ ſic dignitas papatus diuerſo iure ꝓcederet ⁊ ſe ha
beret contra no.in.c.cum in tua ꝺ decimis ⁊.xij.q.ij.
c.cum ergo videſ ne in contradictorium incidamus
vt papa quo ad quid ſit ſupra concilium ⁊ quo ad qd
teneatur concilio obedire ſic ⁊ non poteſt eſſe quis
ſanctus ⁊ peccator.i.q.i.c.ſicut xp̄us dign⁹ ⁊ idign⁹
lxxiij.di.c.ij. legitimus ⁊ illegitimus de cla.de-
ſpon.c.ſi.liber ⁊ ſeruus.ff.de libera cā.l.duobus ſic
dicit lex ridiculum eſt eandem feminam vt nuptam
⁊ non nuptam admitti.ff.de condi.⁊ demō.l.filia Et
ſic mutata eſſet ⁊ mutaretur forma que eſt vt.eccle-
ſia p vnum regatur facit.l.ij.§.nouiſſime de ori.iur.
non enim poſſet ꝑp abdicare a ſe poteſtatem ꝑplem
contra officij ſui debitum minuendo honorem ꝑplis
maieſtatis ⁊ ſe mandatis ſubicere concilij obſequen
tem ar.in auten.de here.⁊ fal.§.i.Cum etiam ꝙ ꝺ
cretum frequens ⁊ decretum quoniam frequens ꝺ
cretum frequens non valent niſi fuiſſent ſpecifice p a
poſtolicum ꝯfirmata ⁊ ſpeciali decreto approbata
tex.xix.di.c.ſi romanorum ibi dum dicit tex.ita. vt
quod vere ſedes apoſtolica ꝓbauit hodie teneatur
ꝓbatum ⁊ acceptum ⁊ quod illa repulit hactenus in
efficax habeatur ⁊ tex.dicit huic ſedi ꝯceſſa nlluſ oc
cupare ſine eius conſultu ꝑſumat.xvij.di.c.huic ſe-
di ⁊ illud clarum ꝙ p adheſionem factam concilio
nuſꝗ intelligetur apoſtolicus confirmaſſe decreta
que facta fuiſſent in ſupprimendo eius ꝑplem aucto
ritatem ⁊ dignitatem ⁊ ꝙ obedire concilio teneatur
in concernentibus reformationem eccleſie in capite
vel in membris allego ꝓ hoc dictum Cy.in.l.inqui
ſitio veritatis.C.ꝺ ſolutō.vbi dicit ꝙ ſi ꝓmitto te iu
uare contra quoſcūqꝫ homines ⁊ acomodare vel ti-
bi armare currum meum contra omnem ꝑſonam ꝙ
non videor ꝓmittere contra me p dictam.l.inquiſitio
ꝓ hoc.ff.de ſena.l.i.⁊.l. adminiſtratores.§.ſi de ex
cu.tu.⁊ de condi.inde.l.frater frē ad idē.c.i generali
de reg.iur.li.vi.⁊.c.contractus co.ti. in mercu.⁊ de
iur.iur.c. petitio in glo. ¶ Eſt ꝑterea vulgati ſatis
ꝙ in genērali ſmōe non contineťur ꝑſona loquentiſ
xxiij.q.v.c.non licet in glo.or.ſic in generali ſermo
ne non intelligitur perſona accipientis.ff. man-
dati.l.ſi mandato tibi vt p me.§.ſi cui ſic.in gene-
rali obligione non veniunt ea ꝗ quis non eſſet veriſ
ſimiliter obligaturus vt.l.obigione.ff.de.pigno.ver
ba ꝑterea ꝗticūqꝫ generalia reſtringuntur ne cōticat
id quod incipit eſſe iniquuꝫ.l.ex facto de vul.⁊ pu.
⁊.c.ſubgeſtum de decimis item nec cōprehendant
caſum captioſum ſimiliter reſtringuntur.l.ij.ff.de
ferijs.l.cum aquiliana.ff.de tran.vbi dicit tex.ꝙ in
terꝑtatio prudentum hāc captioſam liberalitatem
fregit ſimiliter reſtringuntur verba vt conceſſum in

genere ius concedentis non ledat vt.ff.de ſerui.vr
ba.ꝑdi.l.ſi domus Nec eſt preterea alicui cū iactura ꝓ
pria conſulendum.xxij.q.ij.c.primum circa mediuꝫ
xiiij.q.v.forte vnde quecunqꝫ generalis confirmatō
facta fuiſſet per apoſtolicum decretorum editorum
vel edendorum per baſilieñ.concilium non compre-
henderet caſuꝫ i quo poteſtas apoſtolica ⁊ eius iuriſ
dictio ſuper oēs diuereē cū papa ſuperiorē non habe
at vt in.c.licet de elec per dicta decreta quōlibet im-
pediretur reſtringetur ⁊ modificaretur quoniā ver
ba non ſunt amare interpretanda ſed ciuili modo in
telligenda.ff.de ſerui.l.ſi cui.ff.de teſti.l.i.extra.co.
ti.c.licet.n.⁊.c. ſignificauerunt.xxxvij.di.c. de qui-
buſdam de cle.nō reſi.c.exṗte nec ſunt ad extraneuꝫ
ſenſum trahenda vbi res ſalua eſſe poteſt de verbo.
ſigni.c.intelligentia ⁊.c.propterea ymo ciuili modo
generalia verba intelliguntur de reſcrip.c.ad aures
⁊.c.cum in noſtra Nam in penitentibus dicitur non
tibi dico vt te tradam de pe.di.ij.§.hijs auctoritati-
bus quando autem quis debeat contra ſe confiteri ⁊
ſe ꝓdere not.glo.l.di.c.ex penitentibus ⁊ ſic ex his
videtur recto iure concludi quod apoſtolicus inhe
rendo baſilieñ.concilio ⁊ illius decreta facta appro-
bando ⁊ confirmando illa intelligitur approbaſſe dū
mō iuriſdictionem papalem non ſupprimant vel of-
fendāt ac honori ⁊ ꝑēinētie ſedis apoſtolice nōledat
que vt dixi ſuperiorem nullū recognoſcit de elec.c.lꝫ
Nec dicat quis ꝙ ex quo legatus vel legati apoſto
lice ſedis ꝓ eo tempore facti huiuſmodi decreti in
eodem concilio prefuerunt ſatis eſt quia proinde eſt
ac ſi apoſtolicus illorum decretorum notitiam hūiſ-
ſet ⁊ per conſequens inherendo illi concilio ipſa de
creta ꝓut ⁊ ſicut ad litteram facta fuerūt dicatur ſpe
cifice confirmaſſe ⁊ ſic non poſſet illa reſoluere vel
contra eorum diſpoſitionem quomodolibet attem
ptare quia decreto propter preſentiam cuiuſcūqꝫ le-
gati apoſtolici ⁊ preſidentiam in eo concilio tempo
re facti huiuſmodi decreti ⁊ diminutionis apoſtoli-
ce poteſtatis id decretum vt premittitur decretatuꝫ
non valuit quia in quacūqꝫ legatione per apoſtolicū
alteri commiſſa non venit vt ea infringere poſſit que
ſibi ſedes apoſtolica in ſignuꝫ ſpecialis dñij reſerua
uit vt in.c.qꝺ ad tranſlationem de offi.de lega.cū eiꝫ
decretatum fuerit debere apoſtolicum mandatis cō
cilij obedire in reſpicientibus reformationem eccle
ſie in capite vel in membris conſequenter decretatū
videtur in illis apoſtolicum ſubeſſe concilio non pre
eſſe ar.ff.de procu.l.ponīp.§.ſed ⁊ is ⁊ maxime cum
id decretum ad eius obſeruantiam papam aſtrigit
vſqꝫ ad priuationem incluſiue. ¶ Simile dicimus
ꝙ in quocunqꝫ generali mandato non venit ꝓ ꝙ ꝓ
curator poſſit facere dñm in penam incidere.ff.de cō
di.ide.l.ſi ꝓcurator ⁊.l.iij.§.ſi ꝓcurator.ff.ſiquis iuſ
di.non ob tempera.⁊ quod in eis legitur ⁊ not. vn-
de non poſſet legatus iuriſdictionem generalem re-
mittere ⁊ concilio dare ar.ff.de tran.l.cum hij.§.ſi ꝑ
tor idem in preſide ꝓuincie ⁊ curatore rei publice q
non poſſunt concedere que fiſci ſunt.ff.qꝺ vi.aut claꝫ
l.prohibere.§.plane tum etiam quia papa non poteſt
ligare ſemetipſum etiam ſi id decretum per conciliū
editum ſpecifice confirmaſſet quominus illud vale-
at reuocare vt patet aperte in.c.vltimo ꝺ reſcrip.li.
vi.⁊ not.in.c.vltimo de conce.ꝑbē.eo.li.⁊ p Jo.mo.
in.c.primo de conſti.li.vi. ¶ Amplius licet illa de-
creta ſpecifice apoſtolicus confirmaſſet poteſt tamē
illa reſoluere per tex.apertū.xxv.q.i.§.hijs ita vbi

dicit littera oportet ergo primam ſedem obſeruare
ea que decernendo mandauit nō neceſſitate obſequē
di ſi auctoritate imperandi licet que ſibi contra gene
ralia decreta ſpecialia priuilegia indulgere ⁊ ſpecia
li beneficio concedere qꝺ generali prohibetur decre
to ad idem bonus tex.xxv.q.ij.c.poſtꝗ.§.hijs ita vbi
dicit littera ſua auctoritate congregata valet diſiun-
gere ⁊ diſiuncta congregare ratōis tñ equitate con-
ſiderata vnde vel pietatis vel neceſſitatis intuitu ſe
mel a ſe conceſſa valet in totum vel in partem cōmu
tare pro neceſſitate namqꝫ corrigendoꝝ vicioruꝫ pri
uilegia multarum eccleſiarum vel minuuntur vl̄ pe
nitus immutareſ ſiue particulariter ſiue generaliter
iuxta illud priuilegium meretur amittere qui cōceſ
ſa ſibi abutitur poteſtate textualia verba ſunt ibidē
¶ Plus dico ꝙ etiam ſi per viam contractus di-
ctorum decretorum papa obſeruantiōe ꝓmiſiſſet nō
obligatur papa ad obſeruantiam ꝓmiſſoꝝ quando ta
lis contractus cum ſubditis celebratus exiſteret vt
dixit ſingulariter ius in.c.in noſtra de iiurijs ⁊ dāp.
da.⁊ bal.dicit.ff.de conſti.prin.l.i.ꝙ princeps poteſt
contractum cum eo inituꝫ ⁊ conceſſioñ.per eum fac-
tam reuocare in.l.i.ff.de conſti.prin.poteſt enim pa-
pa de plenitudine poteſtatis omnia licet videantur
iiuſta ſm̄ Inno.in.c.ꝗto de iur.iur.⁊ no.bal.in.l.cuꝫ
te ſpōſe.C.de dona.ante nup.⁊ qꝺ erat validum ā
nullare ⁊ nullum validare.xvi.q.i.c.i.⁊ de his que
fiunt a ꝑla.c.cum apoſtolica ⁊ no.de fal.c.veniens ⁊
de accuſa.c.ad petitionem poteſt enim facere de ni-
hil o aliquid ⁊ de aliquo aliud ar.de ꝯſe.di.ij.c.re
vera ⁊.c.de re.vx.acti.circa prin.⁊ no.glo.in dicto.c.
veniens. ¶ Eſt preterea regulare ꝙ papa non ligaſ
legibus poſitiuis ⁊ ſi aliter faceret ꝗ ꝓmiſerit tenet
actus.ix.q.iij.c.ſola cum.§.ſe.ad.ſi.xi.di.c.ſi papa ⁊
qꝺ ibi no.i.q.vij.§.niſi rigor.xij.q.ij.c.non liceat pa
pe de conceſ.ꝑben.c.ꝓpoſuit vnde dicimus ꝙ inſtar
ſacrilegij optinet diſputare an ſit dignus quem prin
ceps elegit.xvii.q.iiii.§.ſacrilegium Cum etiam ꝙ
⁊ ſi decretum baſilieñ.concilii inhibeat ad conciliū
diſſolui vel mutari ad alium locum p apoſtolicum
transferri ſub pēis formidabilibus vſqꝫ ad penam ꝺ
poſitionis incluſiue vt littera.c. quoniam frequens
ſpecifice atteſtatur attenta tamē noua cauſa ſup vēiē
te de electione loci idonei ⁊ comōi ipi pape i quo po
ſſit faciliter conuenire ꝓ extirpandis hereſibus ⁊ gꝛ
eorum erroribus quia aliter in eo preſentialiter
non exiſtente ⁊ nō iterꝑtatiue eā fidei nō poterat vē
tilari vt late ꝓbatum ⁊ deductum eſt i ſuperioribus.
¶ Attento inſup abuſibus illius baſilieñ.ſynodi ⁊
decretis funeſtis in dñm noſtrum lacrimabiliter at-
tentatis optime potuit id concilium diſſolui ⁊ conti
nuandum transferri ad ferarie ciuitatem decreto hu
iuſmōi nō obſtante. Nam non debet reꝑhenſibile iu
dicari ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta
quādoqꝫ mutentur humana ꝑſertim cum vrgens vl̄
euidens vtilitas id expoſtſ dicit tex.i.c.nō ōbet de
conſan.⁊ affi.xix.di.c.ſciendum.iiii.di.c.erit autem
xxii.q.iiii.c.qꝺ ignoret ꝓ hoc bonus tex.xxiiii.di.
c.vltimo vbi dicit littera ꝙ ſicut quedam ſunt que
nulla poſſunt ratione diuelli Ita multa ſunt que aut
neceſſitate temporuꝫ aut p conſideratiōe etatū opor
teat tēpari illa ſemp conſideratōe ſeruata vt in his ꝗ
vel dubia fuerint vel obſcura id nouerimus ſequen
dum qꝺ nec decretis apoſtolicis inueniatur aduer-
ſum. ¶ Ex quo tex.datur clare intelligi ꝙ ſuaden
te eā neceſſaria id conciliuꝫ Baſilieñ.diſſolui potu

VNiVERSiDAD
D SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

it ⁊ ad alium locum continuandum tráſferri. ¶ Adduco ꝓ hoc tex. optimum qui bene ꝓbat. xxv. q. ii. c. poſtq̄ ver. his ita ſuperius allegatis attenta potiſſime infirmitate domini noſtri ⁊ eius etate ſenili vt tantum bonum vnionis eccleſie latine ⁊ grece effectum deſideratiſſimum cóſequatur vt ꝓbat ibi tex. Excuſat enim cum infirmitas quia ad illum locum eſſ; quaſi amó impoſſibile ſe transferre. ff. de re iud. l. queſitú. C. qui morbo ſe excuſent. l. podagre li. x. Item excuſat cum iuſtum impedimentum. C. ó an. excep. l. i. de elec. c. ſi ꝑ defectu ⁊ c. cupientes. §. fi. li. vi. de priuil. c. cum perſone. §. i. eo. li. Itez excuſat ſenectus. ff. de teſti. l. inuiti. ⁊ ó decurio. l. i. §. fi. lxxxvi. di. tanta in verbo ſenex ꝑ archi. Eſt enim ſenect9 ꝓpinqua cauſa mortiſ ideo ſenex mortu9 preſumitur ex ſenectute decedere. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. cómo. Quinimo ſenex ſp dicitur eſſe in piculo mortis. l. mortis cá capio. ff. de dona. cá mor. et alibi dicitur ꝙ ſenectus deffectus eſt atq; canitie q̄ vix labores ⁊ dolores ſuos tollerare poſſunt vt habetur de voto. c. magne ver. verum Qui autem dicantur ſenes habetur. C. de his qui non iple. ſtipé. l. ii. li. x. ⁊. ff. ó iure imu. l. ſemper per Io. an. in. c. quoniam ſuper verbo ſenex vt lit. non conteſt.

¶ Sane quia ſunt nóvelli contra quos doctor gentium exclamauit de conſe. di. iiij. c. nec queq̄ circa fi. q vbi nox occurrit non igneam claritatem apponere curarunt ignota per ignoti9 aliter q̄ debeant exponentes cótra illud hieronimi vino inhebriantur qui ſcripturas aliter intelligunt q̄ ſe habeat veritas. xxxvij. di. c. vino iuuat ad intelligentiam illorum capitulorum frequens ⁊ quoniam frequens ſcripſiſſe in ſuperioribus recitata quia dicit canon ꝙ ex ſcripturis ſenſú extraneum querere non debemus ſed ſenſu; capere veritatis ita tamé vt vbi qs falſa didicerit falſa ⁊ ſimulata declinet. xxxvij. di. c. relatum. Et vt totu; ſub exiguo comprehendatur pro veritate aſſeuero concludens baſilieñ concilium citra penas in eiſdem decretis appoſitas diſſolui ⁊ ad alium locum transferri ꝑ apoſtolicum potuiſſe ea vrgentiſſima ⁊ potiſſima ratione cui non eſt dare reſponſum quia dicta decreta poteſtatiſ apoſtolice reſtrictiua ac etiá ipſiuſ priuatiua edita per illa concilia abſq; apoſtolice ſedis ſpecifica notione fuerunt ipſo iure nulla ⁊ viribus non ſubſiſtunt vt patet aperte in concilio gelaſij pape. ix. q. iij. c. cuncta per mundum in parte deciſa ibi dum dicit q̄ propter ſatis conſtat acatium nullum habuiſſe pontificium poteſtatem ⁊ ſententiam ſedis apoſtolice ſine vlla eius notione ſoluendi qua certe ſinodo hec ille preſumpſit quod nec ſi abſq; apoſtolica ſede fas quidem haberet efficere poſſet. ¶ Adduco ad idem ꝙ papa potuerit huiuſmodi decreta ánullare pre que ſedes apoſtolica ligata cenſetur bonum tex. qui hec ꝓbat in terminis ſatis clare in dicto. c. cuncta in prin. vbi dicit littera cúcta ꝑ mundum nouit eccleſia quoniaz quorumlibet ſententijs ligata pontificum ſedes beati Petri apoſtoli iuſ habeat reſoluendi vt pote q̄ de omni eccleſia ius habeat iudicare Neq; cuiq̄ liceat de eius iudicare iudicio iſta ſunt formalia verba illius tex. que apponút gladium ad radicem hui9 modi decretorum dicta decreta ét per apoſtolicú ſpecifice confirmata potuiſſe per eunde; reſoluere ⁊ in melius cómutare. ¶ Tum quia papa illa nuſq̄ intelligitur confirmaſſe que poteſtatem apoſtolicam confunderent vel aliter modificarent vel impedirentur quia ſic eſſet in poteſtate concilij diſſoluere omnem iuriſdictionem papalé decreta quecunq; faciédo ſub ꝓtextu quia reſpicerent reformationem vniuerſalis eccleſie in capite ⁊ in membris ⁊ ſi aliter diceremuſ patet in conueniens manifeſtum quia ſub hoc conficto colore iuriſdictio ⁊ poteſtas papalis confunderet ex toto vt latius ſupra dixi. ¶ Tum etiam quia etiá ſpecifica confirmatio per apoſtolicum facta illiuſmodi decreti quoniam frequens non ligat ipſum apoſtolicum confirmantem quo minus poſſit illud reſoluere ⁊ in melius commutare per tex. apertum in. c. vltimo de reſcrip. li. vi. ⁊ per tex. nóbilem. xxv. q. i. §. his ita iu ver. oportet ergo. ¶ Habet preterea illa confirmatio ⁊ iuramentum preſtitum ſuper illa tacitam conditionem ſubintellectam a iure rebus in eo ſtatu manétibus vt in. c. quéadmodum de iure iurando de reſcrip. c. ex parte ꝯuétus ⁊. ff. qui ſatiſda. co. l. fi. item ſedes apoſtolica conciliorum ſtatuta ſecundu; euentum temporú in. totum vel in partem corrigit ⁊ immutat vt in. c. ſtatutum de reſcrip. li. vi. ⁊. c. ſtatutú de elec. eo. li. ne qó ꝓ cói vtilitate fuerat ſtatutu; ad nocá tendere videatur. lxiiij. di. §. ver. xxxv. q. i. c. i. de ſen. exco. c. vltimo in prin. Nam ⁊ reuocatur priuilegium cú tendit ad noxa; de decimis. c. ſuggeſtum de priuil. c. i. ⁊. c. auctoritate ite; ſedes apoſtolica ſententias tam ſuas q̄ alioru; reuocat qñq; mutat í melius. xxxv. q. ix. c. ſententiam ⁊. c. ſe. de reſcrip. c. vltimo li. vi. Sicut ⁊ auguſtinú legimus iá feciſſe. xij. q. ij. c. ére cú eſſet ocaſſio licitum fuit id mutare concilium ⁊ decretum editum reuocare. lxiij. di. §. ver de ꝯſan. ⁊ affi. c. nó debet. ff. de vul. ⁊ pu. l. ex facto. cl piculo dicit enim tex. ꝙ deteſtatur iniquorum peruerſitas abſtinere neſciens a vetitis nec debito mó gaudere conceſſis digne plerúq; effectum excitat preſidétis ad ea que iuſte fuerát conſiderationé conceſſa cu; in abuſum ea vergere circúſpicit diſtrictione preuia reuocandi in. c. deteſtáda de cóceſ. prebé. li. vi. xxxv. q. ix. c. veniam de in ite. reſti. c. cú ex litteris. ¶ Quinimo ⁊ ipſe deus quandoq; mutat ſuam ſniá;. xxij. q. iiij. c. incómutabilis ⁊ auguſtinus mutat ꝓpoſitu; xx. q. ij. c. ego ſum qui ſtatueram ⁊ imperator dicit Non piget noſtras emendare leges in auten. vt fratrum filij ⁊ no. de accu. c. qualiter ⁊ qñ ⁊. c. ad petitionem ⁊ canon dicit ſic ſumme ſedis pontifices canonibus a ſe ſeu ab alijs ſua auctoritate conditis reuerétiá exibent ⁊ eis ſe húiliádo ipſos cuſtodiút nó niſi vero ſeu iubédo ſeu diffiniédo ſeu decernédo ſeu aliter agendo ſe decretorum dños eſſe oñdút illud ex toto certiſſimum ꝙ pro tranſgreſſione ⁊ neglecta obſeruantia huiuſmodi decretorum concilium non potuit apoſtolicum pene ſubicere priuatiue tum quia concilium non poteſt imponere legem pape. xvij. di. §. hic etiam ⁊ not. per Io. an. in. c. ſignificaſti de elec. nec. ipſum ꝓ huiuſmodi tranſgreſſionibus ipetire tex. clarus. xvij. di. §. hinc etiam vbi dicit littera epi. nó in ſinodo reſidentes congregata auctoritate eiuſdem ſymaci dixerunt ſymache papa ſedis apoſtolice preſul. ab huiuſmodi opoſitionibus impetitus quantum ad homines reſpicit ſit imunis ⁊ liber cuius cauſam totam dei iudicio reſeruamus.

¶ Hec eſt igitur tandem fides ⁊ mea ſentétia pater beatiſſime vt cánonis verbo vtar quá ſemper tenui in qua ſi minus rite aut parum caute aliquid poſitum é a te cupio emendari qui petri fidem ⁊ ſedem tenes Si aút mea ſententia apoſtolatus tui iudicio cóprobatur quicúq; me culpare voluerit ſe imperitum vel maliuolum ⁊ non catholicú cóprobabit ſcribitur ad contextum. xxiiij. q. i. c. hec eſt fides Negare tamen nequeo quin aliqua ſint inſita in hoc meo opuſculo que iuſto iuditio valét forte temeritate calcari vt aſſerit auguſtinus in canone negare. ix. di. cum nil tam perfectum in humanis adinuentionibus repertur quin ex aliqua ſui parte defectum aliquem patiatur vt dicit legiſlator. C. de vet. iur. enucle. l. ij. §. ſed quia cum concor. xxiij. q. v. c. de occidédis ideo í omnibus ſcriptis meis periciori iudicio in omnibuſ me ſubmitto in conſulti veſtigia imitatus infra. l. claudius felix. ff. qui. po. in pi. ha. peritior prim ſententie non reſiſtens ſed velud agnus coram tódente non aperiam de cetero os meum de pe. di. ij. c. ſi. eſt inquit ad ſi. cú paratus ſim etiá ab anniculo edoceri. xxiiij. q. i. c. i. Tibiq; ſoliſ ſanctiſſime pater patrum ⁊ dñe ſancte parens corpus ⁊ animá meam inclinato capite ⁊ poplite genu flexo ac manibus cancellatis humiliter recómitto periodum faciens in dicendis veniam poſtulando ſi ſtili longe pertractum fuit officiú dicá enim cum Hieronimo ad paulinum vbi de Eſdra loquitur exceſſi modum epiſtole non tamé impleui qó volui ⁊ licet ſciam dixiſſe valeriú ꝙ multa ⁊ magna breuibus ſunt dicenda id tñ teſtante Hieronimo ſuper Iſay. li. xi. ó illa breuitate debet itelligi per quá intelligentie non fit damnum teſtor deum in ſermonum folijs non exulto cum in illis quis non debeat gloriari. i. q. i. c. marchion ⁊ baſilides. xxij. q. v. c. humane diſceptationes tamé ardue ⁊ nodoſe nequeunt oportune verbis breuibus explicari quia qui ſuperflua remouere intendit vel plurimú neceſſaria ⁊ vtilia reſecat vt patet de voto. c. qó ſuper his. §. rurſus ⁊ ſe. pri. reſpóſo. Ad laudé eiuſ per que; omnia facta ſunt Qui viuit ⁊ regnat in ſecula benedictus.

¶ Deo Gratias Amen.

¶ Explicit ſolempnis ⁊ aureus tractatus de tranſlatione ſacri concilij Baſilee ad inclitam ciuitatem ferarie ⁊ de viribus ⁊ importantia litterarum eiuſdem ⁊ ó poteſtate Sanctiſſimi domini. d. noſtri pape per excellentiſſimum vtriuſq;. i. doctorem comiteq;. D. Cataldinum de boncipagnis emédatus fideliter a clariſſimo. v. i. interprete equiteq; inſigni. D. Lud. de bologniniſ í vetuſtiſſimo bonoieñ. gimnaſio Anno dñi. Mcccclxxxviij.

## Additio Domini Ludouici

¶ Luculenter ꝑfecto ⁊ copioſe per dñm auctoré dictum eſt de poteſtate ſanctiſſimi dñi. d. nŕi pontificis maxi ſeu ſedis apoſtolice nec nó Reuerédiſſimorum dñorum dñorum cardinaliú ſacroſcé róane eccleſie ⁊ toti9 orbis pódus ſuſtinentiú adeo vt ſi vltra núc ego aliqd dicere vellé ſole; querer facib9 Illuſtrare dici ñ imerito poſſem cú plenitudo adiectione nó egeat iuxta tex. in. c. ſi omnia. vi. q. i. ⁊. c. bene qdé. lxxxvi. di. cum ſimilibus ⁊ eſſet rei demóſtrate demóſtratió; facere vt i. l. i. in fi. ff. de acti. empti. ⁊ i. l. i. in fi. ff. de dote plega. vt in. c. certificari de reg. iur. li. vi. ¶ Idcirco in pmiſſis nó multú inſiſtam ⁊ eo maxie cú de ſuprema corum omniu; facultate alias latius dixeri í libello nŕo intitulato de ꝑſtantia cardinaliú vbi ⁊ de ſedis apoſtolice ⁊ eorúdé Reuerédorum dñorum imésa poteſtate diximus ⁊ etiá cú ea q̄ nunc dicere eſſent mia pars eorum que ignorarem. ¶ Tamé ꝓ nunc ne ſic illotis vt ita dixerun manibus pertráſcam9 iuxta. l. i. ff. de origine iuris breuiter ſuperaddá í ꝑdictis p. d. auctorem vnú verbu; ad honoré tante ſedis ⁊ preſertiz ſanctiſſimi dñi. d. noſtri Innocentij himerito pontificis maximi octaui cui ſatis ſuperq; ſatis ⁊ in minoribus ⁊ in maioribus conſtituto debeo atq; iterum debeo. ¶ Primo igitur dico ꝙ papa dicitur a pape que eſt dictio admiratiua quaſi admirabilis in terris cú dei vices ſubſtineat ita dixit illuſtriſ doctor cóbonienſis Io. an. in ſua glo. in. §. hoc ſane in ꝓhémio clemé. in verbo ſane q dixit ꝙ papa dr ſtupor múdi quia nec deus eſt nec homo ſed eſt iter vtrúq; ⁊ ſubdit ꝙ ethimologia huius nominis eſt pater patrum Et de alijs cognóminibus etiá ⁊ titulis eius poſuit archi. in. c. i. de conſtitu. li. vi. ¶ Preterea papa habet poteſtatem ligandi ⁊ ſoluendi quicqd vult. c. manet xxiiij. q. i. ⁊. c. cóſiderandú. l. di. ⁊. c. in nouo. xxi. di. ⁊ habetur mathei. xvij. c. ¶ Hinc eſt ꝙ papa eſt iudex omnium etiam nó recognoſcentium ſuperioré ⁊ regum ⁊ imperatoris róne peccati vel iniuſtitie vt eſt glo. multum ſingularis in. c. ex tranſmiſſa extra de foro cópe. ⁊ voluit Inno. i. c. licet eo. ti. ⁊ poteſtas vtriuſq; gladij fuit originaliter apud papam ſecúdú glo. ⁊ ſcriben. i. c. nouit de iudi ⁊ no. in. d. c. licet. Et ſimiliter dicebat Iac. but. cóbónienſis in ꝓhemio. C. ꝙ iuriſdictio tpaliſ péder ab eccĺia qa eccĺia. reſeruata ſibi ſubſtantia remiſit imperatori exercitiú tpalib9 ⁊ voluit. d. meuſ Alex. de. imo. in con. ij. in primo vol. incip. an legitimatus ⁊c. in vi. col. ⁊ in vlti. Preterea conſuetudo obſeruat ꝙ papa ad petitionem clerici poteſt cómittere contra laicu; omnem cá; indiſtincte ſm ſpe. in. ti. de comp iudi. adi. §. i. ver. xxx. cum ſeq. ⁊ archi. in. c. iudicatú. lxxxvi. di. c. do. anto. in. c. ſi clericus de fo. cópe. ⁊ voluit. d. meus Alex. in con. lxxxx. in. iiij. col. in primo vol. incip. qs ſit iudex ⁊c. ¶ Et ét ſolus papa poteſt ꝯgregare concilium mundi ſcóm bal. in ſuo tractatu ſciſmatiſ i. xv. col. ¶ Preterea ſolus papa poteſt concedere licenciam celebrádi officia diuina in eccleſia interdicta ſecundú glo. in. c. ad hec extra de appel. quá approbant ſcrib. ibi ꝙ epús facere non poteſt vt ibi ꝑ glo. non poteſt tñ papa dare licentiá excóicato vel interdicto celebrandi diuina officia ſecundum Inno. in. c. preterea eo. ti. ⁊ ratio eſt quia nó entis nulle ſunt partes ſed excóicatus vel interdictus reputatur ꝓ non ente ⁊ ſit pro nullo vnde ſicut mortuo nó poſſet concedere licentiá celebrandi officia diuina ita nec poteſt dare interdicto vel excóicato. ¶ Vlterius papa regit totú orbem tex. eſt in. c. duo ſunt genera. lxxxxvi. di. ⁊ ét hab; plenitudiné poteſtatis ex ſola electione. c. ego. lxiij. di. ⁊ c. in nomine. xxiij. di. ⁊ voluit glo. in. c. licet extra de elec. ⁊ voluit bal. in ꝑdicto tractatu ſciſmatis in. xiij. col. ¶ Inſuper non poteſt papa iudicari ab imperatore tex. eſt in. c. inſcripturis. lxxxxvi. di. nec etiam a quocúq; alio cum ipſe non habeat ſuperiorem. c. aliorum ⁊ ꝑ totam illam queſtionem. viiij. q. iij. ⁊ voluit glo in. c. nemo cade; cauſa ⁊ queſtione q̄ dicit hoc eſſe verum niſi in cauſa hereſis. ¶ Similiter ſolus papa etiam ſine concilio poteſt deponere iperatore; ſcóm glo. in. c. ad apoſtolice ó re iudi. li. vi. ⁊ Bar. ⁊ Bal. in. l. ſi. C. de legibus ⁊ i. l. reſcripta. C. de pci. ipa. offe. ¶ Denuo pót papa eſſe iudex in oibuſ cáiſ ꝓprijs ⁊ non ſolum ꝑ ſeipſu; ſ; ét delegando ſeu ó



VNiVERSiDAD DSALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

legatũ cõſtituẽdo ſcdm bar. in. l. eſt receptũ. ff. de iu
ri. oĩu ʒ iudi. vbi al'legendo dixi ⁊ Bal. in. l. cũ anti
quioribus. C. de iur. delib. Et ꝙ plus eſt eius ſentẽ
tie nõ poſſunt retractari. viiij. q. iij. ꝑ totũ. ¶ Inſup
tanta eſt ei⁹ auctoritas ꝙ poteſt ſolo verbo abſolue
re ſcdm ſpecu. i ti. de cita. §. qnto ver. quid ſi iudex ⁊c.
iuxta illud quodcũqʒ ſolueris ſuper terras ⁊c. ¶ Pre
terea ius tantũ de eo confidit ꝙ eius ſtatuta ſoluſ de
us corrigit ita dixit bal. in dicto tractatu ſciſmatis in
iij. col. ⁊ non põt ẽt recuſari vt ſuſpectus in cãis etiaʒ
ſi eſſʒ coniunctus vni ex litigantibus. c. i. in fi. cũ glo.
ſua de ꝯceſ. p̃bẽ. li. vi. ⁊ voluit. d. canon. i. c. poſtrẽo de ap
pel. ⁊ in. c. querela extra de elec. Et de poteſtate ſua
ſua abſoluta poteſt impartiri officium ſuum etiã nõ
petenti ſecus eſt de ordinaria ſecundũ. d. abba. in. c.
ca que extra de re iudi. ⁊ in tantum. lex. etiã de eo cõ
fidit ꝙ ſi ad eum appellatur põt cognoſcere de cã
principali obmiſſo articulo appellationis etiam inui
to appellante de cõſenſu ſolius appellati tex. eſt in. c.
cordi extra de appel. li. vi. ⁊ voluit Inno. ⁊ Io. an. i
bideʒ ⁊ Inno. in. i. c. extra de elec. eo. li. ⁊. d. abbas ⁊
alij ſcribentes in. c. vt debitus de appel. in antiquis.
¶ Inſuper iudicat papa ſecundum conſciẽtiam ſuaʒ
⁊ non allegata ⁊ probata ſcdm. bar. in. l. vnica in fine
C. vt que deſunt aduo par. licet alij iudices iudicent
ſcdʒ allegata ⁊ probata. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi
preſidis ⁊ ratio eſt ſecundum bar. vbi ſupra quia pa
pa eſt iudex ſupra legem ideo dictuʒ eius habetur ꝓ
lege ⁊ pp hoc debet iudicare ſecundum cõſcientiam
aliter peccaret ſcdm bar. referentem theologos ita
tenere. ¶ Preterea papa nõ dicitur cõmitteꝛ ſymo
niam ſi confert beneficia vel dignitates accepta pecu
nia ſecundum bar. in. l. barbarius in. ij. col. ff. de offi.
pꝛeto in repe. vbi dixit ꝙ ratio eſt quia papatus eſt a
poſtolatus ⁊ aut ſanctum facit aut ſanctum recipit ꝙ
bene nota contra lacerantes ſeu latrantes indebite ꝯ
ſedem apoſtolicam Nam non eſt licitum apponere
os in celum ⁊ licitum eſt pape equare quadrata ro
tundis. c. cuncta per mundum ⁊. c. principalem viiij.
q. vltima. ¶ Succeſſiue ſi papa participaret cum ex
cõicato non incurrit excõicationem glo. eſt in. c. ſtatui
mus de ſen. exco. li. vi. ⁊ in. c. ſi aliquem eo. ti. in an
tiquis ⁊ dixit. glo. in. c. nulli eo. ti. ꝙ non ligatur lege
vel conſtitutione ſua vel canone ⁊ facit. l. princeps. ff.
de legibus. ⁊. l. digna vox C. eo. ti. ¶ Poteſt etiam
papa diſpenſare cum baſtardis aſſumendis ad curaʒ
animarum ⁊ ad ordines ſacros ſecundũ Bal. i rub.
C. de pcci. impe. offe. ⁊ bal. in addi. ſpe. in ti. de diſ
pen. ver. cum illegitime ⁊c. plus dico ꝙ ſi ꝓmoueret
ſpuriuʒ ad epatum videtur cum eo diſpenſaſſe ſcdm
bal. in. l. imperialis. §. i. C. de nup. cum multis alijs
ſimilibus que breuitatis cã obmitto Naʒ ſi enarraꝛ
velleʒ facultatem dignitatem ⁊ preeminentiam tan
te ſedis ante diem clauſo compõet veſp olimpo. nec
mihi ſi centuʒ lingue ſint oraqʒ centũ ferrea vox ⁊c.
minimam earum parteʒ attingere poſſem. Et ideo
ꝓ nunc hijs paucis contentus ero cum alias longior
fuerim circa hec in libello noſtro de preſtantia cardi
nalium edito vbi eſt locus propri⁹ ⁊ ad ibi dicta me
remitto. ¶ Circa vero preſtantiã Reuerendiſſimo
rum dñoꝝ. d. meorum cardinalium dñus auctor ſu
pra incidenter aliquid etiam tetigit circa quod etiaʒ
non itendo in preſentia longius exordiri cum alias
hec ennarauerimʒ i predicto libello noſtro principali
ter edito de eorũdem preſtantia ⁊ immenſa auctori
tate niſi ꝙ pro nunc vnum verbum in medium affe

raʒ. ¶ Paſo enĩ. Reuerendiſſimi dñi cardinales vi
ces apoſtolorum tenent Nam apoſtoli poſſunt conſi
derari tripliciter primo qñ xp̄o principaliter aſtite
runt ante eius aſcenſioneʒ quo quidem in ſtatu om
nes pares fuere nec petrus alijs preerat ſed omnes
erant ſimplices ſacerdotes tex. eſt in. §. econtra ⁊ i. §.
quem penitet de peni. di. i. xp̄us enim viuens inter
homines ſolus habuit i eccleſia premiſſaʒ poteſtatẽ
vt in. c. legatur. xxiij. q. i. ⁊ fuit prior ſacerdotum tri
geſimatertia queſtiõe. viij. c. cum a iudeis ⁊ ipſe ve
rus ⁊ ſolus tunc paſtor ouium ⁊ pontifex fuit. c. ſan
cta romana. xv. di. c. dñs noſter. lvi. di. ¶ Secundo
poſſunt conſiderari apoſtoli qñ aſſiſterunt Petro tanq̃
primo paſtori in quoquidem ſtatu petrus pꝛefuit om
nibus ipſiuſqʒ principio in eccleſia xp̄i pontificatus
eſt traditus. c. in nouo. xxi. di. vbi eſt caſus multum
notandus ⁊ in hoc duplici ſtatu Reuerendiſſimi dñi
cardinales vere repreſentant apoſtolos ⁊ aſſiſtunt pa
pe q eſt vicarius xp̄i ⁊ petri ſucceſſor ¶ Ultio poſſũt
apoſtoli conſiderari tanq̃ poſtea ex precepto xp̄i ſe
perati a petro ⁊ tanq̃ diuiſi euntes predicando per
mundum ⁊ in hoc ſtatu vices apoſtolorum dicuntur
gerere etiam epi tex. eſt in dicto. c. in nouo ⁊ in. c. vi
dentes. xij. q. i. ⁊ in. c. quorum vices. lxviij. di. ⁊ in.
c. manus de conſe. di. v. ⁊ hoc eſt ꝙ voluit dicere vaſ
electionis paulus duʒ dixit alios dedit apoſtolos a
lios paſtores alios doctores alios ꝓhetas ⁊c. q̃ ver
ba habentur tranſſũctiue in. c. cum ex in iuncto extra
de heret. fuerunt enim omnes apoſtoli epi vt ꝓbat
in dicto. c. in nouo ⁊ in. c. loquitur. xxvij. q. i. ¶ Et ex
his incidenter infero Reuerendiſſimos dños cardi
naleſ fuiſſe tempore xp̄i quicqd dixerit aliqui qui vo
luerunt eos habuiſſe initium tempore pontiani pa
pe ⁊ marcelli qui fuit anno. cciij. ⁊ nõ bene eſt ve
rũ ꝙ in nouo teſtamẽto priuſquã hoc nomine nuncu
peretur vʒ cardinales reperio eos apoſtolatos conſi
liarios ita probatur i. c. eccleſiaſticis. xij. q. ij. vbi gre
gorius papa appellat theodoricum conſiliarium id
ꝓbatur in. c. in pochia. xvi. q. i. vbi pelagius papa ſi
militer appellat eos cõſiliarios ⁊ i. c. cõuenientibus
i. q. vii. ¶ Poſtea appellati ſũt cardinaleſ q: hec di
gnitas ſolũ repiꝛ i rõana eccl'ia q̃ eſt caput ⁊ cardo ali
ar' vt in. §. i. xxi. q. i. ⁊ i. c. ſacroſcã. xxii. di. ſicut ei ho
ſtiũ regiꝛ p cardinẽ ita eccl'ia p iſtos ita hẽtur p glo.
i. c. ii. extra de offi. archi. ¶ Et nõ ab re oẽs alij gra
dus ⁊ dignitateſ vniuerſalis eccleſie huic cedũt ⁊ ce
dere debẽt q: dicebat hoſti. ⁊ Io. an. in. c. dilectus el
pꝛio de preben. nullã ſoꝛ dignitatẽ eccleſiaſticã poſt
papatum maiorẽ cardinalatu ipi ei dicũꝛ pe corpis
pape. vi. q. i. c. ſiq̃ſ cũ militib⁹. l. q̃ſq̃ſ. C. ad. l. iuliã ma
ie. ⁊ not. glo. i. c. excõicatis. extra de offi. lega. ⁊ ado
dicũꝛ pe corpis pape ꝙ papa nõ exigit iuramẽtũ obe
diẽtie ab eis q: diceret exigere iuramẽtũ aſe ipo i tã
tuʒ reputãtur pe ei⁹ corpis ſeu mẽbra ita voluit ho
ſti. ⁊ Io. an. i. c. antiq̃ extra de priuil. iſup ipſi cardia
les papã eligũt. c. vbi periculũ de elec. li. vi. ⁊ hec ele
ctio fit oio de gremio ipſoꝝ. c. oportebit ⁊. c. nullus.
lxxviiii. di. ⁊ pſunt rõane curie vniuerſalis eccleſie vt
ẽ tex. i. c. bone extra de poſtu. p̃la. epiſcopi vero ⁊ alii i
loco particulari huic cuꝛ pſũt. c. mulier. xxxiii. q. v. c.
accuſat. i. q. vii. c. in noua. xxv. di. qbus nõ ab re dice
re poſſimus illud qđ habetur in. l. hñ a zenone. C. de
quadri pſcrip. ⁊ i. c. i. de offi. lega. li. vi. vt q die noc
teqʒ quotidianis curis ꝓ toto terraꝝ orbe laborant
dignam habeant ſue ꝓrogatiue fortunã ⁊c. Et qui
bus etiam non ab re dicere poſſimus vos eſtis lux

mundi ⁊c. Cetera de eorũdem immẽſa auctoritate
preſtantia ⁊ excellentia dixi in dicto libello no
ſtro ⁊ de eorũdem ꝓrogatiuis poſuit ẽt glo in. d. c. v
bi periculum de elec. li. vi. ⁊ glo. in. c. i. de ſciſma eo.
li. ⁊ hoſti. ⁊ Io. an. in. c. ad liberãdum extra de iude
is ⁊ hoſti. in. c. cũ ex eo de peni. ⁊ remiſ. ⁊ ang. in cõ.
cxxxij. incip. vtruʒ qui aſſerit ſe ⁊c. ⁊ Io. cal. conbo
nonicñ. in con. i. incip. an ſi epiſcopus ⁊c. ſub rub. de
tranſla. epi. ⁊ oldra. in con. xlviij. incip. ius cõe pro re
ſidẽtibus ⁊c. ⁊ Ludo. Roma. in ſuo con. vltimo inci
pi. vos iſtis lux mundi ⁊c. ⁊. d. meus Alex. de imo.
in rubrica. ff. de iurid. oĩuʒ iudi. in. iij. col. ⁊ in. l. i. in a
poſtillis. ff. de offi. p̃fect. pꝛeto. Ludo. bolo. de bono
nia. v. i. doctor ⁊ eques.

¶ Incipit ſolemnis diſputatio preclariſſimi monar
ce dñi ſignorelli de homodeis de mediolano de pre
cedentia doctoris vel militis cum additionibus dñi
Ludouici de bologninis de bononia. v. i. doctoris p̃
ſtantiſſimi equitiſqʒ aurati digniſſimi i vetuſtiſſimo
Bononie ſtudio Anno dñi. Mcccclxxxviij. in quib⁹
additionibus miro ordine introducit nouũ duellum
inter illuſtrem ac excellentiſſimum in toto terraꝝ or
be iureconſultũ dñm fraciſcum de acoltis de arctio ꝓ
pte doctorꝝ tuẽda loq̃ntẽ ⁊ iucundiſſimuʒ ac iuſtiſſimuʒ
principem armorũqʒ ducẽ ⁊ totius italie capitaneum
benemeritum dñm Federicum vrbini dñm ⁊c. ꝓ p
te militum defenſañ loquẽtẽ ⁊ vltimo loco ꝓ oĩuʒ
concordia introducit dñʒ Alexandruʒ tartagnũ imo
len. preceptorem eius vnicum cuiuſ ſententie omneſ
acquieuiſſe atteſtatur.

Ueſtio diſputata p me ſignorelũʒ
de homodeis de mediolano legũ
doctoreʒ. Mccccl. de menſe maij
tunc temporis eminẽtis i lectura
ordinaria. ¶ Que talis eſt vtruʒ
doctor iſignis honoriſ ⁊ p̃cellẽtie
debeat precedere militeʒ vel eco
uerſo. ¶ Et qđ doctor debeat pre
cedere militeʒ ꝓbant infra ſcripta argumenta. ¶ Et
primo ꝓbatur ſic verſans ſe circa meliora eſt p̃ponẽ
dus ante omnes ex quo arguitur ſic. ¶ Unus quiſqʒ
dicitur melior ⁊ nobilior qui preeſt melioribuſ ⁊ no
bilioribus vt in auten. de defenſo. ciuit. §. deinð. col
la. iij. ⁊. l. iij. ff. ſiquis in ius vocatus ñ ierit ⁊ ꝓbatur
in. l. ſeruus in prio de lega. iij. ⁊ in. l. vrbana de ver
bo. ſigni. ⁊. l. ſiquid. §. fi. de edict. edic. ⁊. l. ſimiliꝛ. C.
de inceſ. nupt. ¶ Sʒ ita eſt qđ doctor verſatur circa
meliora ⁊ nobiliora vʒ circa leges ⁊ oio lex eſt inuẽ
tio ⁊ omnium rerum princeps vt. l. ij. ff. de legi. ergo
verſatus circa leges debet eſſe omnium princeps p
argumẽta ſupra facta ¶ Preterea hoc probatur ſic
conſecutionis iplemẽto diſpoſitio ẽ p̃ponẽda Ex quo
arguiꝛ ſic. executio alicuius rei minus eſt nobilis q̃
illud cuius eſt exequutio hoc ꝓbatur in. l. iuſticia cũ
glo. ſua. ff. de iuſtit. ⁊ iuꝛ. ⁊. l. ſi vt ꝓponis ⁊. l. execu
tio. C. de re iud. ¶ Sed militare miniſteriuʒ eſt ex
ecutio legalis. l. qui reſtituere. ff. de rei ven. ⁊. l. iij.
ne viſ fi. ei. ⁊. l. i. C. de offõ. p̃fec. ⁊. l. ſiquis in hoc ge
nus. C. de epis ⁊ cle. ⁊. l. ij. C. de his qui latro. occi.
ergo ⁊c. ¶ Ex quo inſurgit alđ diſponens eſt nobi
lius q̃ illđ qđ implet diſpoſitum cuʒ ex eo implemẽ
to dicatur aliquis effectus oriri. l. cum enim etiã. l. ſi
ita de nouat. ſed lex diſpõit omnes res diuinas ⁊ hu

manas vt. lege. i. C. de vet. iur. enucle. ergo eius mi
niſt. quia queadmodũ in miniſtrio eccleſie qui repu
tatur ipſa eccleſia. ita in miniſtro legis ipſa lex debe
ret reputari. l. annua. §. a ticia de annuis legatis ſed
arma ſunt implementa legũ vt. d. l. qui reſtitueꝛ ꝯſi.
⁊. C. de inſti C. ꝯfir. in prin. ibi dum dicitur lex ar
morum pedi. ⁊c. ¶ Preterea hoc ꝓbatur ſic regens
recto eſt preferendus oio ex quo arguitur ſic. Nobi
lius eſt id qđ regit ⁊ de eo prius eſt habenda ratio q̃
de eo qđ regitur vt. l. in conditionibus i prin. de ꝯdi.
⁊ demo. ⁊. l. cum multa. C. de bo. qʒ. lib. ⁊. l. queris
C. de nata. reſti. ⁊. l. iubem⁹ in. fi. C. de epis ⁊ cle. ⁊.
l. ij. §. ſi p̃ceſ. quis, ordo i ho. pol. ð Sʒ ita ẽ ꝙ miſte
rium legale regit miniſteriuʒ militare vt. l. legeſ. C.
de legi. l. ij. ff. eo. ti. autẽ. habita. C. ne. fi. ꝓ pr̃e ergo
⁊c. ¶ Preterea hoc probatur ſic indoctorali ꝯſecra
tiõe ſigna adhibita ſũt p̃latiõʒ ſignificãtia ꝑ que ap
paret qđ doctor debet precedere militem. ¶ Priuʒ
ex libri traditione que adhibetur i eius ꝯſecratiõe
Ex quo ſic arguitur ille qui eſt conſtitutus iuſtitie
ꝓprietarius debet eius ratio ante haberi q̃ eius qui
non eſt conſtitutus ꝓprietarius ⁊ q̃ illius qui illius
iuris habet exercitium ¶ De primo ꝓbatur in. l. in
bello. §. ſiquis ſeruũ de capti. ⁊. l. ſed ſi vnuſ. §. ſi ſer
uus de in ite. reſti. ⁊. l. qui vſumfructuʒ. ff. queãdmo.
vſufruc. pe. ⁊. l. ſi ventri. §. i. ff. de priuil. credi. ¶ De
